Addi possunt aliæ rationes, quas utpote magis incertas placuit rejicere. Quinimo de præfigendo vel omittendo articulo certa vix dari potest regula: Sæpe enim utuntur vel respuunt autores pro arbitrio vel euphonia. Non tamen abs re erit sequentes de illis observationes apponere.

Articulus cujuscunque generis cum adverbio pro nomine sumitur omni casu; ut τῷ πλησίον *vicino* Deut. 5. 21. τὸν πλησίον *vicinum* Matth. 22. 39. Sic τὸ πέραν τῆς θαλάσσης Marc. 5. 1. διὰ τοῦ πέραν Ἰορδάνου Marc. 10.1. In neutro genere sic positus quandoque adverbi ascit, ut τὸ πάλαι *olim* Thucyd. τανῦν *nunc* Act. 27. 22.

Similiter articulus neuter cum Infinitivo fit nomen; ut ἐκ τοῦ ὁρᾶν γίνεται τὸ ἐρᾶν *ex aspectu nascitur amor.*

Præponitur etiam neuter qualicunque dictioni vel clausulæ *materialiter* (quod aiunt) sive τεχνικῶς acceptæ; ut τὸ δ' ὑμεῖς ὅταν εἰπ Demosth.

Articulus neuter cum genitivo sequente significat *possessionem, proprietatem* vel *relationem*, subaudito χρῆμα, ἔργον, ἔπος vel hujusmodi nomine; ut ἀπόδοτε τὰ Καίσαρος Καίσαρι Matth. 22.21. i.e. χρήματα. τὰ τῆς σαρκός, i.e. ἔργα Rom. 8.5. τὸ τοῦ Θεόγνιδος λέγω Lucian. i.e. ἔπος. Quandoque ponitur pro solo Substantivo; ut τὸ τῆς ἀληθείας pro ἀλήθεια Plutarch.

Articulus pluralis (observato genere nominis proprii) cum præpositione ἀμφὶ, περὶ, κατὰ &c. & Accusativo accipitur pro ipso nomine; ut οἱ ἀμφὶ Κορίνθιους *Corinthii* Herodot. ἐληλύθεισαν πρὸς τὰς περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν *venerunt ad Martham & Mariam.* Joh. 11.19. τὰ περὶ εὐχὰς *preces* Heliod. l. 4. Interdum (neglecto genere) significat *comitatum, officium, facultatem, sectam, relationem*, cum iisdem vel alia præpositione & casu; ut οἱ περὶ τὸν Παῦλον i.e. *socii Pauli*, Actor. 1 οἱ περὶ τὴν γῆν *agricolæ* Xenoph. οἱ περὶ τὴν ποίησιν, καὶ τοὺς λόγους *Poetæ & Oratores* Isocr. οἱ ἀπὸ στοᾶς, *Stoici* Athen. οἱ πρὸς αἵματος *consanguinei* Sophocl. οἱ μετ' Ἀχιλλέως *Socii Achillis* Lucian. οἱ περὶ ἀγορὰν *causidici* Demosth. οἱ ἀπὸ βήματος *concionatores.* Plutarch. οἱ ἀπὸ τῶν μαθημάτων vel ἐν τοῖς μαθήμασι *Mathematici* Laert. οἱ ἀπὸ vel μετὰ Πλάτωνος *Platonici* Synes.

Ponitur articulus præpositivus quandoque pro subjunctivo; ut ῥᾷστον ἁπάντων pro ὃ ῥᾷστον, Demosth. οὐδὲ ἐπίσταμαι τὸ σὺ λέγεις Marc.

Marc. 14.68. Apud Poetas ὅτις pro ὅστις, servato ο per omnia genera, casus, & numeros, ὅττινα, ὅττινας, ὅττινα &c. ut ὅτις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ Il. τ. ὅττινα κραδίη θυμὸς τε κελεύει Od. ϑ. ὅττινας μινύθῃ Il. ο. ὅττι ἔργα τέτυκται Iliad. χ.

Articulus præpositivus vel subjunctivus pro αὐτὸς sumitur sequente sæpius δὲ, γε, &c. ut. ὁ δ' ἔφη Matth. 13. ἦ δ' ὅς *dixit ille* Plat. Item pro οὗτος & ἐκεῖνος præcipue in divisionibus cum μὲν-δὲ, γὰρ-δὲ, &c. ut τὰ μὲν ἀΐδια, τὰ δὲ φθαρτά Aristot. δεῖ γὰρ τὸ ποιῆσαι, τὸ δὲ μὴ Demosth. ὃς μὲν πεινᾷ, ὃς δὲ μεθύει 1 Cor. 11. ἃς μὲν καθείληφε πόλεις, τινὰς δὲ πορθεῖ Demosth. Interdum pro τὶς *interrogativo*; ut τοῦ vel οὗ χάριν λέγω; Demosth. pro τὶς *indefinito*; ut ἀγνοῶ τὸ χρὴ πιστεῦσαι Lucian. σύ μ', ὅς εἰμ', εἰρηκώς Soph.

Τὸ ὂν vel τὸ τὶ significat *partem*; ut τῆς χώρας τὸ μὲν ὂν πρὸς ἄρκτον, τὸ δὲ ὂν πρὸς μεσημβρίαν Aristid. ἡμῶν τὸ μέν τι ἡ πατρὶς μερίζεται, τὸ δέ τι οἱ γεννήσαντες Plat.

Articulus non rarò subinnuit participium ὢν potissimùm ante præpositionem vel adverbium; ut ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς Matth. 6. τοὺς πρὸ ὑμῶν Matth. 5. τὰ ἄνω φρονεῖτε Coloss. 3. 2.

Omittitur sæpissimè articulus ante Interrogativa; ut τίς, ποῖος &c. Indefinita; ut τὶς, ὁποῖος &c. Universalia signa; ut πᾶς, μηδεὶς &c. Numeralia cardinalia; ut εἷς, δύο &c. Legitur tamen ποῖος cum Articulo; ut τῆς ποίας μερίδος Demosth. item Cardinalia, cùm referuntur ad id quod præcessit; ut λαβὼν τοὺς πέντε ἄρτους Luc. 9. 16. ὁ εἷς Luc. 18. 10. Ante Nomina Propria, præcipuè in epistolarum inscriptionibus; ut Ἰσοκράτης Ἀλεξάνδρῳ χαίρειν Isocr. in quibus tamen appellativa desiderant articulum; ut Δημοσθένης τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν Demosth. Ante Nomina tum Propria tum Appellativa in librorum titulis; ut περὶ Ἑλένης, περὶ νόμου Laert. Antisth. Pronomina Substantiva ἐγὼ &c. composita ἐμαυτοῦ &c. ut ἐγώ εἰμι Joh. 15. 1. ἐκεῖνα δὲ ἐμαυτῷ 2. Cor. 2.

Pronomen ὁ δεῖνα semper articulum postulat; ut ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος τὸν δεῖνα εἰσήγγειλε. Demosth.

Genitivus post Partitivum exigit articulum; ut εἷς τῶν στρατιωτῶν Joh. 19.34. crebrò etiam post substantivum regens; ut ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας Joh. 17. 12. εἰθισμένον τοῦ νόμου Luc. 2. 27. Sic Vocativus pro Nominativo positus; ut ἡ παῖς ἐγείρου Luc. 8. 54. σὺ ὁ βορέας πνεῦσον. Lucian.

Duo vel plures Articuli diversorum nominum genere, numero, vel casu discrepantium, elegantiùs se immediatè consequuntur, quorum prior ad remotius semper nomen refertur; ut τὴν τοῦ θεοῦ δι-

δικαιοσύνην Rom. 10. 3. τοῦ τὴν τοῦ ῥήματος σεμνότητα λη[...] Demosth. Communiter tamen in sacrâ Scripturâ articulus adhæ[...] suo nomini; ut τῇ δικαιοσύνῃ τοῦ θεοῦ ibid. Rom. 10. 3. Inepta ve[...] repetitio est si omnimodo consentiant; ut αἴτιος τῆς τῆς πόλεως [...] μώσεως. Zonaras.

Parum imitanda etiam dispositio est, si nominum ordo pertur[...] tur; ut οἱ τῶν ἀγγελικῶν χοροὶ δυνάμεων. Theophylact. ἡ τοῦ οἰκεί[...] δαιμονία σώματος. Damascen.

Eleganter Adverbia, Conjunctiones, vel Præpositio cum suo c[...] interveniunt; ut ὁ μὲν οὖν χιλίαρχος Act. 23.22. ἀκούσατε τῆς πρὸς [...] μᾶς νυνὶ ἀπολογίας Act. 22. 1. Participium aut Verbum regens; [...] τὴν ἑτέρου ζητῶν ἐπιθυμίαν Demosth. τοῦ μόνον ἐφρόντισαν παθεῖν Ar[...] stot. Aliquando postponitur articulus; ut ἀσφαλέστερος βίος [...] κεῖ ὁ τῶν ἰδιωτευόντων ἢ τῶν τυραννευόντων Isocr.

Collocatur articulus ante & post nomen frequentissimè; ut [...] ἀρχὰς τὰς τῶν σωμάτων. Aristot.

Repetitur ante nomen in demonstrando intercedente δὲ vel δή; [...] ὅδε ὁ ἄνθρωπος. τοῦδε τοῦ λόγου, καὶ τῆσδε τῆς ὕλης Aristot.

Cùm duo substantiva, alterum vel utrumque appellativum ap[...] muntur; vel cùm adjectivum immediatè postponitur substanti[...] utrique vel posteriori sæpissimè articulus additur; ut Ματθαῖος [...] τελώνης, Matth. 10. οἱ ἄνθρωποι οἱ ποιμένες Luc. 2. 15. τῷ πνεύμ[...] τῷ ἀκαθάρτῳ Luc. 8. 29. Si adjectivum præcesserit, articulus ipsi [...] præfigitur; ut τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι Luc. 4.37. quandoque om[...] titur penitus; ut πνεῦμα ἀκάθαρτον Marc. 3.30.

Cum plura sint substantiva, illud sensu præcedit verbum cui artic[...] lus præfigitur; ut θεὸς ἦν ὁ λόγος *sermo erat Deus* Joh. 1. πνεῦμα [...] θεὸς *Deus est spiritus* Joh. 4. 44. Sic τὰ ἐμὰ σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμά J[...] 17. 10. At pronomen articulo viduum potest loco & sensu præire; [...] ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός Joh. 14. 6.

Adjectivum postpositum si non habeat articulum, dividitur p[...] rumque à Substantivo & sequitur verbum sensu; ut ἔστιν ἄνθρωπ[...] δίκαιος Aristot. *homo est justus.* Sin habeat, à Substantivo non di[...] ditur; ut Πλάτων ὁ ἀγαθός ἐστι *ille bonus Plato est.*

Post αὐτός, ἐκεῖνος, ὅλος, οὗτος, πᾶς articulus additur substantivo [...] quenti; ut ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ Luc. 13. 31. ἐκεῖνον τὸν λίθον Luc. 20.[...] ὅλην τὴν γῆν Act. 17. 11. οὗτοι οἱ λόγοι Luc. 24.44. πᾶν τὸ σῶμα E[...] 4.16. raro præponitur hisce adjectivis; ut τὸν αὐτὸν τρόπον Dem. &c.

Adjectiva sine substantivo posita, sæpissimè vestiuntur articulo; [...] εἰς τὰ ἴδια Joan. 1. 11. τὴν ταχίστην Demosth. &c.

Metri causâ apud Poetas articulus negligitur vel redundat.

Pronomen.

GEnitivus Pronominis possessivi usurpatur quando significatur *sola persona*; ut εἰκὼν σου *imago tui* Herodian. Sic πρὸς βίαν μου *ad coactionem mei* Sophocl. i. e. *me invito*.

Quoties *possessio, relatio, circumstantia* vel *actio* personæ connotatur, possessivo uti licet; ut ἐπὶ σῇ σοφίᾳ μὴ ἐπαίρου Prov. 3.5.

Ponitur Genitivus primitivi loco possessivi; ut ὁ πατήρ μου, Joh. 15. 1. (rarissime ἐμοῦ Rom. 1. 12.) adhibetur quandoque Dativus, ut χαίρει μοι ἦτορ Ιλ. ψ. Frequenter possessiva ἡμέτερος & ὑμέτερος usitata sunt oratoribus; ut κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον Act. 24. τῆς ὑμετέρας ἀγάπης 2. Cor. 8. 8. & in eodem contextu περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, οὐ περὶ τῶν ἡμετέρων &c. Joh. 1. 2. 2. Inusitatius ἐμὸς, σὸς, σφέτερος; ut ἑταίροις ἐμοῖς καὶ σοῖς Athen. εἰς τὰ σφέτερα ἤδη διεξέρπυσε Aristot. ἐμὸς & σὸς passim in SS. ut ἐμοῖς δὲ λόγοις παράβαλλε σὸν οὖς Prov. 5. 1. σφέτερος vix in N. T. occurrit.

Possessivum pro Primitivo rarius accipitur; ut τῷ ἐμῷ πόθῳ κατέφθιται pro ἐμοῦ Sophocl.

Pronomina reciproca sunt, ἑαυτοῦ vel αὑτοῦ, οὗ, ἐμαυτοῦ, σεαυτοῦ vel σαυτοῦ, referuntur enim ad personam præcedentis verbi, aut si quando præcesserint, respiciunt casum verbo postpositum; ut Εὐφραῖος, ἀπέσφαξεν ἑαυτὸν Demosth. ἕκαστος αὑτῷ φίλος Aristot. δεῖταί οἱ τὴν νύκτα Lucian. οὐ δύναμαι γνῶναι ἐμαυτὸν Plat. Ἰατρὲ θεράπευσον σεαυτὸν Luc. 4. 23. τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε Hom.

Ἑὸς, σφέτερος magis familiaria sunt Poetis; ut ἡγεμόνευεν ἑὰ πρὸς δώματα Hom. εἴπερ ἴδοιεν σφετέρους ἐπικρατοῦντας ἀνεθάῤῥησαν ἄν Thucyd. Ἑὸν proprie significat *quod unus possidet*, σφέτερον *quod plures*.

Ἡμέτερος & ὑμέτερος addito genitivo αὐτῶν, usurpantur reciproce: ut τὰ ἡμέτερα αὐτῶν πράττωμεν. Demost. διδάσκετε τοὺς παῖδας ὑμετέρους αὐτῶν βασιλεύειν. Isocr. sic σφέτερος αὐτῶν, ἴδιος αὐτῶν: ut αἱ μὲν ἀρεταὶ οὐ σφετέρας αὐτῶν φύσεις εὐεργετοῦσι Isocrat. οἱ πλεῖστοι τὴν πολιτείαν ἰδίαν αὐτῶν ἡγοῦνται εἶναι Demost. Legitur ἴδιος σφέτερος αὐτοῦ: ut πάλαι ἠχθόμην οὐ μᾶλλον ἐπὶ τοῖς κοινοῖς ἁμαρτήμασιν, ἢ νῦν ἐπὶ τοῖς ἰδίοις τοῖς σφετέροις αὐτῶν. Isocrat.

Resolvuntur interdum composita ἐμαυτοῦ, σεαυτοῦ, ἑαυτοῦ, & pro illis eorum simplicia adhibentur per omnes casus: ut οἱ δ' αὐτῷ κα-

καὶ τεύχει ἀνὴρ Hesiod. πολλοὶ μὲν σφίσιν αὐτοῖς πολεμοῦσι Isocr. Trium horum Nominativi, & priorum ἐμαυτοῦ, σεαυτοῦ casus omnes duales & plurales à simplicibus necessariò supplentur; ut ἡμεῖς αὐτοὶ στενάζομεν Rom. 8. 23. ἐν ὑμῖν αὐτοῖς κρίνατε 1. Corin.11.13.

Simplicia primitiva 1æ. & 2æ. personæ pro reciprocis quandoque afferuntur loco compositorum; ut ἐγὼν ἐμὲ λύσομαι Hom. ἐμὲ γὰρ ὑμῖν τίθημι Plat. pro ἐμαυτόν.

Interdum αὐτὸς ponitur reciprocè; ut ἐγνώρισε τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ pro ἑαυτοῦ Psal. 103. ἐπ' αὐτὴν pro ἐφ' ἑαυτὴν Aristot. præcipuè cum nomen aliud 3æ personæ inciderit inter αὐτὸς & personam verbi; ut ὁρῶν τοῦ δήμου κίνησιν ἐπ' αὐτὸν (potius quàm ἐφ' ἑαυτὸν) Nazianz. vel cum αὐτὸς sensu præcesserit verbum; ut πατέρα τιμᾷ ὁ αὐτοῦ υἱὸς (non ἑαυτοῦ υἱός.) E contra profertur ἑαυτοῦ, οὗ, vel ἑὸς pro relativo αὐτοῦ; ut ἐπειδὴ οὐ ἐκβῆναι τὴν ψυχὴν Plat. præsertim apud Poetas; ut οἱ ἔκπεσε δάκρυ Il. β'. τὸ δ' ἑὸν παρὰ νηυσὶ λέλειπτο Φάσγανον Il. ι.

Pronomina quædam sunt trium personarum, αὐτός; ut, αὐτὸς ἔφην, ης, η. Ἑαυτοῦ in plurali; ut, μὴ πεποιθότες ὦμεν ἐφ' ἑαυτοῖς 2. Cor. 1. 9. τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθε Phil. 2. 12. sed in singulari usurpatur pro genitivo solo σεαυτοῦ, ῆς; ut οὕτω παιδεύεις τοὺς ἑαυτῆς φίλους Xenoph.

Σφέτερος junctum verbis 1æ & 2æ personæ significat noster, vester apud Poetas; ut ἐννέπετε σφέτερον πατέρ' Hesiod. Σφωΐτερος apud Apollonium significat interdum suus; ut ἀλκῇ σφωϊτέρῃ πάντεσσι μετέπρεπε. jungitur etiam verbo 2æ personæ pro tuus; ut λιλαίεαι ἀμφοτέροιιν σφωϊτέροισιν ὑπὸ σκήπτροισι δαμάσσαι idem.

Paucula Adjectiva sunt reciproca & trium personarum, ἴδιος, ἀλλήλων &c. ut ἰδίῳ ὀφθαλμῷ οὐ κατανοεῖς Luc. 6. 41. τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο Rom. 8. 32. ἀλλήλους ἀγαπῶμεν 1 Joh. 3. 23. ἀγαπήσατε 1 Pet. 1. 22. μισήσουσιν Matth. 24. 10.

Ἀυτὸς redundat passim in S. Scripturis; ut καταβάντι αὐτῷ ἀπὸ τοῦ ὄρους ἠκολούθησαν αὐτῷ Matth. 8. 1. alibi rariùs.

Duo cùm fuerint Antecedentia, οὗτος refertur ad propius, ἐκεῖνος ad remotius; ut, ἔθιζε σεαυτὸν μὴ σκυθρωπὸν εἶναι, ἀλλὰ σύννουν· δι' ἐκεῖνο μὲν γὰρ αὐθάδης, διὰ δὲ τοῦτο φρόνιμος εἶναι δόξεις Isocra. Pari modo articuli pro iisdem positi, ὁ μὲν ad remotius, ὁ δὲ ad propinquius spectat: qui tamen ordo sæpè negligitur.

Regimen Substantivorum.

DUo vel plura Substantiva ad eandem rem spectantia in eodem casu apponuntur; ut Παῦλος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ Τιμοθέῳ τέκνῳ 1. Tim. 1. ἐγὼ Παῦλος ἔγραψα Philem. v.19.

Nomen

Nomen verò proprium *loci*, præsertim *urbis*, post Appellativum suum effertur nonnunquam in genitivo; ut Ἀθῆναι vel Ἀθηνῶν πόλις. Demost.

Aliquando subintelligitur substantivum in possessivo quocum sequens substantivum casu consentit, ut, Νεστορέῃ παρὰ νηὶ Πυληγενέος βασιλῆος. Hom. Il. β'.

Genitivus post Substantivum.

Cùm duo Substantiva diversæ significationis concurrunt, quod sensu posterius est in genitivo ponitur; ut κακῆς κόρακος κακὸν ᾠόν.

Adjectivum in neutro genere absolutè & Substantivè positum genitivum regit; ut τὸ τοῦ θεοῦ εὐμενὲς, *dei benevolentia* Demosth. εἰς πλέον πίπτειν τοῦ θέλοντος, i. e. εἰς πλέον θέλημα Soph. τὰ τοῦ θεοῦ Matth. 22. nonnunquam in alio genere; ut τὸν νεκρὸν τοῦ θεοῦ *deum mortuum* Lucian. Alex. & Phil.

Sæpissime ponitur iste genitivus vel relativè; ut παῖς τῆς τύχης Sophocl. vel possessivè; ut τὸ σῶμα ναὸς τοῦ πνεύματος, 1. Cor. 7. activè; ut θάνατον Ἀργείων φόβῳ Euripid. i.e. *mortem quam Argivi inferunt*. passivè; ut ἡ Πλαταιέων πολιορκία Thucyd. i.e. *quâ Platæenses cincti erant*:

Pro Genitivo interdum usurpatur adjectivum possessivum; ut δουλείη κεφαλὴ pro δούλου. Theogn.

Genitivus vel Dativus post Substantivum.

Genitivus quandoque in dativum vertitur, præsertim post nomen Substantivum adjectivè acceptum, & significans *relationem*, *affectionem* vel *contrarietatem*; ut κοινωνὸς τῷ Σίμωνι Luc. 5. 10. ἀντιβίοισι τύραννε *violentis tyranne* vel *infensissime* Herodot.

Genitivus vel Accusativus post Substantivum.

Nomina *laudis*, aut *vituperii* (substantivum cum suo adjectivo) post aliud substantivum efferuntur in genitivo; ut ἀνὴρ μεγάλης ἀρετῆς. γυνὴ ἀχαλίνου στόματος. Rariùs in Accusat. ut κόρη ἀμήχανόν τι κάλλος Heliodor.

Nomen etiam *mensuræ* post substantivum in genitivo ponitur; ut ἀνδρειὰς δυώδεκα πήχεων Herod. addito sæpius accusativo hujusmodi βάθος, εὖρος, μῆκος, πάχος, πλάτος, ὕψος &c. ut λίθους τὸ μὲν μῆκος ποδῶν ἑκατὸν Diodor.

Substantivum regens usitatissimè præponitur substantivo quod regitur; ut ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου Mat. 8. 20. articulis verò utrique præfixis elegantiùs sequitur regens; ut ὁ τοῦ τέκτονος υἱός Matth. 13. 55.

Apud Oratores τὶς, ἕκαστος, ὅσος ponuntur post πᾶς, ut πᾶς τὶς, πᾶς ἕκαστος *unusquisque*, πᾶς ὅστις, πᾶς ὅσος *quicunque*.

Regimen Adjectivi.

Genitivus post Adjectivum.

ADjectiva quæ *desiderium*, *fugam*, *curam*, *negligentiam*, *contemptum*, *memoriam*, *oblivionem*, *notitiam*, *ignorantiam*, *prodigalitatem*, *parsimoniam*, *accusationem*, *damnationem*, *absolutionem*, *dignitatem*, *potentiam*, *impotentiam*, *separationem*, *differentiam*, *excellentiam*, *participationem*, *immunitatem*, *vacuitatem*, *privationem* denique significant genitivum adsciscunt : ut δυσέρως τῶν ἀφροδισίων Xenoph. φυγὰς τῆς πατρίδος idem. ἐπιμελὴς τῶν φίλων idem. ἀμελὴς τῶν μυσῶν Lucian. ὀλίγωρος τῶν Ἑλλήνων Isocrat. μνήμων φόβου Homer. ἐμαυτοῦ ἐπιλήσμων εἰμὶ Synes. ἔμπειρος τοῦ πολέμου Thucyd. ἄπειρος πράξεων ὁ νέος Aristot. δαπανηρὸς ὑγρῶν Athen. φειδωλὸς τῆς δαπάνης Plutarch. κατήγορος μομφῆς Plat. καταδίκος φόνου Demosth. καθαρὸς φόνου Plutarch. ἄξιος ἐργάτης τῆς τροφῆς Matth. 10. 10. ἐγκρατὴς vel ἀκρατὴς θυμοῦ Aristot. ἀπόκοιτος μου Lucian. ἕτερον τοῦ ἀληθοῦς; Plat. Ἔξοχος Ἀργείων Il. γ. μέτοχοι τοῦ χριστοῦ Heb. 3. 14. ἐλεύθερος τῶν τυράννων Demosth. κενὸς νοῦ Plutarch. ἔρημος συμμάχων Xenoph.

Ad privationem referuntur composita ab α privativo: ut ἄπαις παίδων Xenoph. ἄχαλκος ἀσπίδων Sophocl. Quædam ex νη ut νῆστις βορᾶς Eurip. nisi quæ vi significationis juxta alias regulas alios casus postulant.

Adjectiva *partitiva*, item *collectiva*, *indefinita*, *interrogativa*, *numeralia*, *ponderalia*, *comparativa*, & *superlativa* si partitive accipiantur genitivo gaudent : ut θάτερος δυοῖν Plat. ἕκαστος ὑμῶν Luc. 13. 15. τίς τῶν νομικῶν Luc. 11. 45. τίς οἶδεν ἀνθρώπων 1. Cor. 2. ἓν τῶν πλοίων Luc. 5. μυριοπλάσια ἂν κακὰ ποιήσειεν ἄνθρωπος κακὸς θηρίου Aristot. ὁ δὲ μείζων ὑμῶν Matth. 23. 11. ἐλάχιστος τῶν Ἀποστόλων 1. Cor. 15. 6.

Similiter significantia comparative : ut ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος κράτιστος Ælian. πρᾶος θηρίων Apollon. Superlative : ut ἔσχατοι ἀνδρῶν Od. α. τάλαινα παρθένων Eurip. δῖα θεάων Homer. aut quoquo modo partitive : ut μέσος ὑμῶν 1. Joh. 26. φόβου καὶ χαρᾶς μεθόριος Andr. Hier. μόνος τῶν ἀνθρώπων Demosth. item articuli : ut τῶν κακιῶν αἱ μὲν ἐν ἡμῖν, αἱ δὲ μή Aristot. τῶν ἀνθρώπων οἱ εὐφραίνουσιν οὐ δυσχεραίνουσιν Isocr.

Interdum mutatur genus partitivi : ut ὅσον Αἰγυπτίων λῃστικὸν Heliod. l. 1.

Ponitur nonnunquam genitivus omisso partitivo : ut ὡς ἔστι τῶν αἰσχρῶν, μᾶλλον δὲ τῶν αἰσχίστων i. e. τι Demosth.

Ad hunc modum quandoque adhibetur genitivus pluralis adjectivi

ctivi cum articulo post substantivum diversi casus; ut σὺν γυναιξὶ τῶν ἐπισήμων. & ἄλλα σκεύη τῶν εὐτελῶν Heliod. l. 4. frequentius etiam numeri diversi; ut Φάβιος ἀνὴρ τῶν ἐπισήμων. Plutarch. φέρω στολὴν τῶν καλλίστων Xen. Utrobique subauditur casus partitivi τις.

Idem quandoque est casus partitivi, & nominis; ut οἱ ἄνθρωποι, οἱ μὲν ἀγαθοὶ, οἱ δὲ πονηροί. οἱ μὲν οὐδεὶς αὐτῶν περιεῖχον Ælian.

Comparativa subaudito ἢ *quàm* genitivum postulant; ut ὀργιλώτεροι κυνῶν, δειλότεροι τῶν λαγωῶν, κολακευτικώτεροι τῶν πιθήκων, ἀσελγέστεροι τῶν ὄνων, ἁρπακτικώτεροι τῶν γαλῶν, φιλονεικότεροι τῶν ἀλεκτρυόνων Lucian.

Genitivus iste interdum per ablativum exponi non potest; ut κάλλιόν ἐστιν εὐποιεῖν φίλους τῶν ὀθνείων *Satiùs est benefacere amicis quàm alienis* Aristot. Eth.

Positivum, Comparativum, vel Superlativum pro se invicem usurpantur; ut καλὸν τὸ μὴ ζῆν ἢ ζῆν ἀθλίως. Menand. i. e. κάλλιον. μεγάλη ἐντολή Matth 22. 38. i. e. μεγίστη. τοὺς προδότας χείρους ἡγοῦνται. Thucyd. χείρους i. e. κακούς. μάλιστα δεινότατος τοῖς ἐναντίοις idem. i. e. δεινός. πάντων χαλεπώτερον ἄρχειν ψυχῶν Nilus. i. e. χαλεπώτατον. πρῶτός μου ἦν Joh. 1. 30. i. e. πρότερος.

Interdum ἢ copulat duo comparativa, ut ποιητικώτερα ἢ ἀληθινώτερα Halicarn.

Post comparativum ponitur quandoque καὶ μὴ pro ἢ: ut βέλτιον ὀψιμαθῆ καλέεσθαι καὶ μὴ ἀμαθῆ Theocr.

Præponuntur etiam Comparativis vel Superlativis * particulæ amplificativæ vel diminutivæ, ut πάνυ πολὺ ἐλάσσων Xenoph. πάνυ πολὺ σωφρονέστατος Plat. * Pag. 112.

Comparativo adjungitur quandoque μᾶλλον, ut ἥσσων μᾶλλον τῆς ἑτέρας Thucyd. πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον Philip. 1. 23.

Superadditur Superlativo Comparativum vel Superlativum, ut μείζονα τῶν μεγίστων Soph. ἔσχατα ἐσχάτων κακὰ idem.

Multa verbalia præcipue in ικὸς & τήριος quæ *actionem*, aliáque quæ *capacitatem* connotant, in genitivum feruntur, ut Ψυχῆς φυλακτικὸν παιδεία Aristot. εὐγενὴ λυπηρὰ δειμάτων idem. similiter τιμάοχος τιμάτων Æschyl. συκῆ φόρος σύκων Bud. λιμῆρες νηῶν ὄχοι Hom. Ἐπίστροφος ἀνθρώπων idem. ἐπίκλοπος δογμάτων Plutar. ἐπαγωγοὶ μὲν τῆς ἡδονῆς, ἀπαγωγοὶ δὲ τῆς λύπης Plat. πολυσεφὴς vel περισεφὴς δάφνης Soph. περίοπτος τῆς καταφρονήσεως Plat. ὕποπτος τῆς ἁλώσεως Euripid.

His adde alia particularia, ut ἀηθὴς *insuetus*, ψυχροῦ πόματος Galen. ἐθὰς vel ἠθὰς *assuctus*, ἐθάδες ἀγώνων Plutar. ἠθὰς μύθων Soph. εὔελπις *bonâ spe fretus*, τῆς δόξης Areth. ὡραῖος *maturus*, γάμου Heliod.

Dativus

Dativus post Adjectiva.

Adjectiva significantia *bonitatem*, *malitiam*, *commodum*, *incommodum*, *jucunditatem*, *displicentiam*, *decorum*, *indecorum*, *facilitatem*, *difficultatem*, *amicitiam*, *inimicitiam*, *mansuetudinem*, *crudelitatem*, *fiduciam*, *diffidentiam*, *obedientiam*, *inobedientiam*, *æqualitatem*, *inæqualitatem*, *manifestationem*, *obscuritatem*, *sufficientiam*, *apparatum*, *propinquitatem* dativum postulant; ut καλὸν ἀνθρώπῳ 1. Cor. 7.1. κακὸν τῷ ἀνθρώπῳ Rom. 14.20. ὠφέλιμα τοῖς ἀνθρώποις Tit. 3. 8. ἀλυσιτελὲς ὑμῖν Hebr. 13.17. ὡς γλυκέα τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου Ps. 119.103. ἀτερπές τινι Thucyd. πρεπῶδες τῷ διδασκάλῳ Aristoph. ἀπρεπὲς τοῖς βασιλεῦσιν ἔργον Herodian. ῥᾴδια πάντα θεῷ Linus. τῷ ἀπειθοῦντι πάντα τὰ χαλεπὰ Plutarch. εἰ τῷ θεῷ φίλον Plato. ἐχθρὸς τῇ πόλει Demosth. πρᾶος τοῖς προσιοῦσι Herodian. ἀνηλεὴς πᾶσι Plato. ἠνορέῃ ἐπιεικὴς ... Il. λ. ἄπιστος καὶ σαυτῷ Plat. δυσπειθὴς λόγῳ Aristot. γονεῦσιν ἀπειθεῖς Rom. 1. 30. τὰ τῷ αὐτῷ ἴσα vel ἄνισα Euclid. δῆλος τοῖς μὴ τυφλοῖς Lucian. ἄδηλος τῷ ἀνθρωπίνῳ λόγῳ Alex. Aphrod. ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς Matth. 6. 34. τοῖς ἀγωνίζεσθαι βουλομένοις ἕτοιμος Demost. παραπλήσιος μανίᾳ Aristot.

Quibuslibet adjectivis adjungitur dativus instrumenti; ut πρόχειρος ξίφει Aristot. dativus etiam rei vel personæ ad quam aliquid spectat; ut τοῖς Αθηναίοις πάτρια Demosth. ἅγιον τῷ Κυρίῳ Luc. 2. 23. Et cum alio casu; ut ὡς ὑμῖν ἀμείνων τῆς βασιλείας Julian.

VARII CASUS post Adjectiva.

Genitivus vel Dativus.

Adjectiva quæ significant *similitudinem*, *dissimilitudinem*, *contrarietatem*, *proprietatem*, vel *communitatem*, dativum adsciscunt, rariùs genitivum; ut ὅμοιος ἀνθρώπῳ Luc. 6. ὅμοιος ὑμῶν Joh. 8. ἀνόμοιος σοι vel σοῦ Aristot. ἐναντίοι ἀλλήλοισι Hesiod. ἐναντία τοῦ συμφέροντος Xenoph. ἴδιον φίλων Eurip. ἴδιον ἀνθρώποις Aristot. κοινὸς Ἑλλήνων Athen. κοινὸν ἅπασι Plat.

Ejusmodi etiam sunt ἀδελφὰ τῶν εἰρημένων Isocr. ἀδελφὰ τούτων ... φιλοσοφήσεως Basil. ἀκόλουθα ἀλλήλων Xenoph. τοῖς προειρημένοις Nazian. σύμμορφος τῷ σώματι Philip. 3. σύμμορφος τῆς εἰκόνος Rom. 8. σύστοιχα τούτοις & ἀλλήλων Aristot. item ἀλλότριος τῆς πατρίδος Demosth. ἀλλότριος ταῖς πόλεσιν idem.

Quædā adjectiva *similitudinis* gaudent solo dativo, præcipuè poetica ἀλίγκιος, ἐναλίγκιος, & verbalia εἴκελος, ἴκελος; ut ἀλίγκιος ἀστέρι Il. ζ. θεοῖς ἐναλίγκιος Od. α. εἴκελος αὐγῇ Il. χ. ἴκελος Διὶ Il. β.

Quæ significant *reatum* regunt genitivum, rariùs dativum rei; ut ἔνοχος ἱεροσυλίας Aristot. ἔνοχος τῇ προδοσίᾳ Plutar. ὑπεύθυνος φονῶν

φωνῆς Lucian. ὑπεύθυνος τιμωρίᾳ Chrysost. Ἄξιος solum genit. ut ἄξιον τοῦ θανάτου Luc. 23. 22.

Nomen *pretii* apponitur adjectivis in genitivo, quandoque dativo; ut πάντα ὤνια πλούτου Aristot. ἃ τῷ νομίσματι ὤνια idem.

Quæ passivè etiam significant, præcipuè Verbalia in τος, dativum desiderant; ut τίμιος παντὶ τῷ λαῷ Act. 5. 34. πᾶσι ποθεινὴ μέλισσα proverb. 6. ἅπασιν ἐκλιπές Thucyd. ἀκουστὸν καὶ θεατὸν ἡμῖν Isocrat. interdum genitivum subaudito ὑπὸ &c. ut, κακῶν δυσάλωτος i. e. ὑπὸ κακῶν Sophocl. (sic ὁ θεὸς ἀπείραστος κακῶν Jacob. 1.13.) ἀλιτήριος θεοῦ Thucyd. (1) κατὰ θεοῦ.

Certa adjectiva regunt genitivum vel dativum, ἐντριβὴς *versatus*, πειθήμων *moriger*; ut ἐντριβὴς τοῖς πράγμασιν Eustath. τῆς τέχνης Plat. πειθήμων λυσσῇ Epigr. rariùs gen. βουλῆς Nonn.

Regentia etiam dativum si substantivè accipiantur adsciscunt genitivum; ut ἄγχιστος *proximus*, ἀγαπητὸς *dilectus*, ἀντίπαλος *adversarius*, γνώριμος *familiaris*, δηλήμων *nocivus*, ἐγγενὴς *innatus*, ἔνσπονδος *fœderatus*, ἐπιτήδειος *necessarius*, ἐπώνυμος *denominatus*, ἐχθρὸς *inimicus*, κλητὸς *vocatus*, συνώνυμος & ὁμώνυμος *cognominis*, οἰκεῖος *familiaris*, πάρεδρος *assidens*, πολέμιος *inimicus*, συγγενὴς *cognatus*, σύζυγος *compar*, σύμβουλος *consiliarius*, σύμμαχος *auxiliarius*, συνεργὸς *particeps operis*, φίλος *amicus*; ut ἄγχιστος παιδὸς Euripid. ἀγαπητοί μου Philip. 2. 12. πόλις ἀντίπαλος τῆς Ῥώμης Plutarch. γνώριμός τινος Isocrat. ὄφιν δηλήμονα φωτῶν Nonn. ἐγγενὴς τῆς χώρας Diodor. ἔνσπονδοι τῶν Ἑλλήνων Thucyd. ἐπιτήδειοι Ἀθηναίων idem. ἐπώνυμοι πόλεις βασιλέων Plutarch. ἐχθρὲ πάσης δικαιοσύνης Act.13.10. κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ Rom. 1. 6. ξυνώνυμος Λακεδαίμονος Euripid. ὁμώνυμος τοῦ θεοῦ Plutarch. οἰκεῖοι τοῦ Ἀλεξάνδρου Herodian, πάρεδρος τῆς θεοῦ Aristid. πολέμιος τοῦ δήμου idem. συγγενὴς Γανυμήδους Lucian. σύζυγός εἰμι τοκῆος Nonn. σύμβουλος αὐτοῦ Rom. 11. 34. ἀρετὴ ἔργων σύμμαχος Xenoph. συνεργὸς κοινοῦ ἀγαθοῦ idem. φίλος τοῦ Καίσαρος Joh. 19. 12. Atque alia consimilia; ut γνωστὸς τῷ ἀρχιερεῖ Joh. 18.15. αὐτοῦ Luc.23.19. δοῦλος θεοῦ Tit. 1.11. τῇ δικαιοσύνῃ Rom. 6. 19.

Genit. Dat. vel Accus.

Adjectiva significantia *copiam* vel *inopiam* regunt genitivum; ut μεστοὺς φθόνου, φόνου &c. Rom.1.29. ἐνδεὴς φρενῶν Proverb. 7.6. Interdum dativus, raro accusativus additur post adjectiva *copiæ*; ut ἀφνειὴ μήλοισι Hesiod. ἄφθονος ὕδασι Aristot. εὔπορος πᾶσι Thucyd. πλήρεις στρατιώταις idem. πλούσιος χρυσῷ Plat. περισσὸς ταῖς ἐργασίαις Hermog. τὴν σοφίαν Synes. Quandóque post adjectiva *inopiæ* dativus; ut ἄπορος τῇ γνώμῃ Thucyd. ἐνδεὴς τῷ βίῳ Euripid.

Quodvis

Quodvis adjectivum admittit Dativum significantem *causam*; ut οἴνῳ καὶ θύμῳ κάτοχος Heliodor. quandoque etiam genitivum subaudito ἕνεκα. ut μακάριος τῆς τύχης Aristoph. & accusativum subaudito διά. ut θαυμαστὸς τὴν εὐστάθειαν Steph.

Plurima Nomina usitatius post se habent accusativum præcipuè substantivi significantis *formam*, *modum*, *patriam*, *gentem*, *nomen*, *artem*, *objectum*, *mensuram*, *numerum*, *partem* vel *membrum*, subaudita præpositione κατὰ, διὰ, περὶ &c. ut, ψυχὴν γυναῖνος Plutarch. σπουδαῖος τὸν τρόπον Isocr. πατρίδα Ῥωμαῖος. Λυδὸς μὲν τὸ γένος Herodot. γυναῖκα ὄνομα Κελαπίναν Herodian. τὴν τέχνην καὶ τὰ θαλάττια σοφός Lucian. πόταμος τὸ εὖρος πλεθριαῖος Xen. τὸν ἀριθμὸν ὡσεὶ πεντακισχίλιοι Joh. 6. 10. τυφλὸς τὰ ὦτα Sophocl. τὸ σῶμα φιλόπονος Isocrat. Interdum dativum; ut ἐπιεικὴς ἤθεσι Plato. Ἀλεξανδρεὺς τῷ γένει Act. 18. 24. ὀνόματι Τιμόθεος Act. 16. 1. χῶμα δίπλεθρον τῷ πλάτει Diodor. χροιῆς μέλανες idem; πολλοὶ ἀριθμῷ &c. Rarius genitivum: ut αὐθάδης φρενῶν Æschyl. Similiter substantiva quandoque construuntur; ut πατήρ σοι τὴν ἡλικίαν, μᾶλλον δὲ τὴν εὔνοιαν Heliodor. l. 4. &c.

Τὸ μέγεθος vel τὸ πλῆθος eleganter adjungitur vocibus *quantitatem* significantibus: ut τηλικοῦτος τὸ μέγεθος Lucian. ὅσον ἔργον τὸ μέγεθος Isocr. τοσαῦται τὸ πλῆθος συμφοραὶ idem.

Idem adjectivum pro diversâ significatione diversos casus postulat juxta diversas regulas: multa propter *privativam* vel *activam* significationem regunt genitivum, propter *passivam* verò dativum: ut ἀθέατος *non videns* G. γυναικὸς Heliodor. *invisibilis* D. ἄλλοις Lucian. ἄπορος *indigus* G. πάντων Lucian. *impervius* D. διάβασις ἄπορος τῷ στρατῷ Herodot. ἀπείρατος *imperitus* G. ὕβρεως Chrysost. *intentatus* D. ut οὐδὲν ἀπείρατον τούτοις Demosth. Sic ἐπιμελὴς φίλων Xenoph. ἐπιμελὲς τῷ Δαρείῳ Polyb. atque his similia.

Multa etiam alia ob diversas significationes: ut διάφορος *excellens* G. διάφορος ἑτέρων Plat. *dissidens* D. ἀλλήλοις Xenoph. vel propter alias rationes: ut ἐπιστήμων *peritus* τῆς ἱππικῆς Plat. G. post adjectiva notitiæ (*pag.* 134.) τὰ προσήκοντα Xen. accus. objecti suprà αἰδῶ δ' οὐκ ἀγαθὴν ἀνδρὶ Homer. Dat. post adject. commodi (*pag.* 134.) βοὴν ἀγαθὸς Il. 9. Accusat. modi suprà ἀγαθὸς τῆς ἱερᾶς νόσου Theoph. subaudi χτ'. Plures etiam casus diversæ rationis simul apponi possunt; ut ὅμοιος ὁράσει λίθῳ Revel. 4. 3.

Derivativa innumera regunt casus Verborum & adverbiorum unde profluunt, de quibus posthàc.

Comparativa nisi partitivè posita vel subaudito ἢ: superlativa etiam nisi partitivè accepta regunt casus positivorum suorum; ut ὀδυ-

vnεῖ·

πρότερος τῶν ἐχθρῶν Basil. τῶν βουλεύσαντι κακίστη Hesiod. χρημάτων ἀδωρότατος Thucyd. οἰκτοῦ ἀξιώτερος ἢ φθόνου idem.

Adjectivum compositum quandoque regit casum simplicis inclusi; ut λυσιμελὴς πάντων τε θεῶν &c. Hesiod. i. e. λύων μελέτας vel μέλη θεῶν. πόλις ἰδίου δήμου πολυάνθρωπος Herodian.

Usurpantur non rarò adjectiva priorum quarumcunque classium sine ullo casu; ut οὐκ ἦσαν ἄξιοι Matt. 22. 8. εἰσὶ γὰρ ἀνωφελεῖς Tit. 3. 10.

Casus regi potest á casu, qui aliunde regitur: similis etiam à simili, si varietur genus aut numerus, aut saltem terminatio; ut ἐκολλήθη ἑνὶ τῶν πολιτῶν τῆς χώρας Luc. 15. 15. διὰ σπλάγχνα ἐλέους θεοῦ ἡμῶν Luc. 1. 78.

Regimen Nominum cum Præpositionibus.

INterdum nomina regunt casus interventu Præpositionum:

1. Substantiva.

Genitivus posterioris substantivi admittit Præpositionem παρὰ, ἐκ, &c. ἡ παρὰ τῶν θεῶν εὔνοια Demosth. ἡ ἐκ τῶν θεῶν οἰκονομία Heliodor. l. 4. τὴν περὶ ἀλλήλων γνῶσιν ibid.

Variatur per sequentes ἐν, παρὰ, &c. cum dat. ut ἡ ἐν τοῖς κινδύνοις κοινωνία Demosth. i. e. κινδύνων· (sic διάκονος ἐν Κυρίῳ i. e. κυρίου Eph. 6.) ἡ παρὰ τοῖς πλείστοις ἄγνοια μέμικται κακίᾳ Demost. i. e. τῶν πλείστων.

Κατὰ, περὶ, πρὸς, &c. cum accus. ut λειότης κατὰ τὰς ὀφρῦς Aristot. i. e. τῶν ὀφρύων· τὰ περὶ ψυχὴν ἀγαθὰ κυριώτατα idem. i. e. ψυχῆς. ἀσφαλεῖς αἱ πρὸς τυράννους ὁμιλίαι Isocrat. i. e. τυράννων.

Non rarò genitivus iste subintelligit Præpositionem ἀπὸ, ὑπὸ, κατὰ, ὑπὲρ, περὶ, &c. ut πένθος δαιμόνων ἔχω Euripid. i. e. ἀπὸ δαιμόνων. ἡ καταποντιστῶν ἅλωσις Heliod. i. e. ὑπὸ καταποντιστῶν. Οὐδεὶς γυναικὸς φάρμακ' ἐξεύρηκέ πω κακῆς Euripid. i. e. κατὰ γυναικός. διὰ τὴν τῶν φίλων ὀρρωδίαν, idē. i. e. ὑπὲρ τῶν φίλων (sic στίγματα Ἰησοῦ Gal. 6. i. e. ὑπὲρ Ἰησοῦ.) τούτου ἀνταγωνιστὴς Dem. i. e. περὶ τούτου.

Quandoque ponitur pro alio casu cum Præpositione; ut πίστις Ἰησοῦ Gal. 3. 22. i. e. εἰς Ἰησοῦν. ἐν τῇ προσευχῇ τοῦ θεοῦ Luc. 6. 12. i. e. πρὸς τὸν θεόν. sic ἱκετείας ἡμῶν ἐποιήσαντο Isocr. Paneg. i. e. πρὸς ἡμᾶς.

Nomen mensuræ vel spatii ponitur cum ἀπὸ in gen. cum εἰς, ἐπὶ, κατὰ in Accus. ut κατεστρατοπέδευσαν ἀλλήλων ἀπὸ σταδίων τριῶν Diodor. l. 19. σκυθρὸς κισσοῦ εἰς εὖρος τριῶν πηχέων Euripid. τοῦ τείχους καθεῖλεν ἐπὶ δέκα σταδίους Diodor. l. 17. φοινίκων καρποὶ κατὰ τὸ μέγεθος ἐξ δακτύλων ὄντες Diodor. l. 2.

2°. Ad-

2°. Adjectiva.

Insigniores quædam omittuntur classes adjectivorum & præpositiones; quoniam exempla ex probatis Autoribus deprompta ad manum non erant.

Adjectiva quæ communiter postulant genitivum adsciscunt varias præpositiones cũ variis casibus; præcipue ἀπὸ, ἐκ, &c. Significantia.

Desiderium; ut φιλότιμος ἐπ' ἀρετῇ Plat.

Fugam; ut φυγὰς γίνομαι ἀπὸ τούτου Plat. φυγὰς ἐκ τῆς πόλεως Thucyd.

Curam; ut φροντιστικὸς περὶ τὴν τροφὴν Theophrast.

Negligentiam; ut ἀμελὴς περὶ αὐτὸν Isocrat.

Notitiam; ut δεινὸς περὶ ταῦτα Plutarch. πρὸς τοῦτο Isocrat. εἰς τοῦτο Aristoph. ἐν τοῖς πολεμικοῖς Plutarch.

Ignorantiam; ut περὶ τὸ δίκαιον ἀγνώμων Plat.

Parsimoniam; ut γλισχρότατος περὶ τὰς δωρεάς Lucian. φειδωλὸς ἐν δαπάναις Plutar.

Damnationem; ut κατάκριτος ἐπὶ θανάτῳ Steph.

Absolutionem; ut ἀθῷος ἀπὸ τοῦ αἵματος Mat. 27. 24. ἀναίτιος παρὰ τοῖς στρατιώταις Xen. ἀνεπίληπτος εἰς πονηρίαν Phalar.

Dignitatem; ut ἄξιος πρὸς τὴν δόξαν Rom. 8. 18. πρὸς τὴν παιδείαν Plat.

Potentiam; ut αὐτοκράτορες ὄντες ἀπὸ τῆς πόλεως Thucyd. δυνατὸς ἐν λόγῳ Luc. 24. 19.

Impotentiam; ut ἀκρατὴς περὶ τὰς ἡδονὰς Aristot. ἀσθενὴς πρὸς Μήδους. Xenoph.

Separationem; ut ἀπόκοιτος παρὰ Ῥέας, Lucian.

Differentiam; ut ἄλλος παρ' ἐμὲ, vel ἀντ' ἐμοῦ Sophocl.

Excellentiam; ut ἔνδοξος εἰς τὰ πολεμικά Xenoph. περιττὸς κατὰ τὴν φιλοσοφίαν Aristot. ἐν τῇ φιλοσοφίᾳ Plutarch.

Participationem; ut περὶ τῶν καθεστώτων κοινωνός Herodian.

Immunitatem; ut ἐλεύθερος ἀπὸ τῶν βαρβάρων Steph.

Privationem; ut ἁγνὴ ἀπὸ ἀνδρὸς συνουσίας Demost. ἀπαθὴς ὑπὸ τῶν παρόντων Plutarch. ἄφοβος περὶ τοῦ μέλλοντος idem.

Partitivum admittit præpositiones ἐξ, ἀπὸ, ἐπὶ, πρὸς, περὶ, &c. ante genitivum; ut τὶς ἐξ ὑμῶν Joh. 8. ὀλίγοι ἀπὸ πολλῶν Thucyd. ἐπὶ γυναικῶν ἀθλιωτάτη Liban, ὅσοι πρὸς ὑμῶν πεπόνθατε Heliodor. l. 1. κρατερὸς περὶ πάντων Homer. Item ἐν, & apud Poetas μετὰ cum Dat. ut πρῶτος ἐν ποιηταῖς Rhen. ἕκαστος ἐν τοῖς κακούργοις Crus. μετὰ πᾶσιν ἀτιμοτάτη Il. α.

Numeralibus præponuntur πρὸς, εἰς, κατὰ, ἀμφὶ, &c. cum Accus. ut Βρόντης καὶ Στερόπης εἶχον πρὸς ἕνα μόνον ὀφθαλμὸν Scholiastes Æschyl.

Æschyl. ἱππέας εἰς ὀκτακισχιλίους Xenoph. ἀθροισθέντες κατὰ διακοσίους Dioscor. ἔτη ἀμφὶ ἐννενήκοντα Lucian. Item σὺν in compositione. ut σύνδυο ἦμεν τετράρχοι Diodor. τετράρχοι συνεκκαίδεκα Demosth.

Inter minorem numerum & majorem sequentem intercedunt πρὸς, ἐπὶ &c. loco copulæ καὶ; ut στάδια τριάκοντα πρὸς τοῖς ἑκατὸν Xenoph. ἑκατὸν ἐπὶ τοῖς ἐννενήκοντα ἔτη βεβίωκε Lucian.

Post comparativum ponitur quandoque præpositio πρὸ, &c. cum gen. παρὰ, πρὸς, ὑπὸ &c. cum acc. omisso ἢ (ut) τυραννὶς πρὸ ἐλευθερίης ἀσπαστότερον Herodot. l. 1. (i. e.) ἐλευθερίης. πλείονος δόξης παρὰ Μωσῆν ἠξίωται Heb. 3.3. (i. e.) Μωσέως. ὕστερα τἄλλα πρὸς τὴν ἀρετὴν Thucyd. (i.e.) τῆς ἀρετῆς. φρονιμώτεροι ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τοῦ φωτὸς Luc. 16.8. (i. e.) τῶν υἱῶν Post positivum itidem; ut σοφὸς ὑπὲρ τὸν Πρωτέα Dion. (i. e.) σοφώτερος τοῦ Πρωτέως.

Interdum post ἢ & comparativum eleganter additur præpositio κατὰ, εἰς, πρὸς &c, cum Acc. ut μεῖζον φορτίον ἢ καθ' ἑαυτὸν Demost. μακρότερον ἢ εἰς ὅσον τοῖς νῦν συμφέρει αἰτιᾶσθαι Thucyd. ἐνδεέστερος ἑκάστῳ παρεῖχεν, ἢ πρὸς τὴν οὐσίαν idem.

Legitur particula comparativa ἢ pro ὑπὲρ sequente accusativo; ut Ἀλλ' ἀμείνους ἐρᾶν ἢ πάντα χρήματα Heliodor. l.4.

Verbalia in ικὸς, &c. (pag. 135.) adsciscunt πρὸς &c. cum Acc. ut ἀνακλητικοὶ λόγοι πρὸς τὴν ὁμόνοιαν Plutarch. δεκτικωτέρα πρὸς ἀπορροίας γίνεται ἡ ὄψις Heliodor. l. 2.

Adjectiva regentia dativum postulant πρὸς vel εἰς &c. cum Ac. alias etiam præpositiones cum aliis casibus. Significantia

Bonitatem; πρᾶος πρὸς τοὺς οἰκείους Plato. εἰς ἀλλήλους χρηστοὶ Ephes. 4.32. χρηστὸς ἐπὶ τοὺς πονηροὺς ὁ Θεὸς Luc. 6. 35.

Malitiam; ἀχάριστος πρὸς τοὺς γονεῖς Xenoph. κακὸς εἰς δῆμον Æschin. περὶ αὐτὸν Isocrat.

Commodum; ut χρήσιμος πρὸς τὴν ἐργασίαν Aristot. εἰς τι Plutar. sic προὔργου πρὸς vel εἰς τοῦτο Plat.

Incommodum; ut ἄχρηστος πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην Chrysost.

Displicentiam; ut πρός τινας ἀηδές τι Isocrat. ἀτερπὴς εἰς ἀκρόασιν Thucyd. ἀχάριστα μεθ' ἡμῖν Od. θ'.

Decorum; ut εὐπρεπὴς πρὸς τοὺς πλείους Thucyd.

Facilitatem; ut εὔκολος πρὸς τοὺς συνήθεις Plutarch.

Difficultatem; ut χαλεπὸς πρὸς τοὺς πολεμίους Plato.

Crudelitatem; ut ἄγριος εἰς τὰς ὁμιλίας Ephor.

Diffidentiam; ut ἄπιστος πρὸς τοῦτον Demosth.

Obedientiam; ut εὐπειθὴς πρὸς τὴν ἀρετὴν Plat. ὕλη εἰς ἅπαν εὐπειθὴς Galen.

Inobedientiam: ut ἀπίθανος πρὸς τὸν Δία Lucian.
Æqualitatem: ut ἴσον πρὸς ὑμᾶς Demosth.
Inæqualitatem: ut ἀσύμμετρα τὰ πάχη πρὸς τὰ μήκη Xenoph.
Manifestationem: ut διαφανὴς εἰς ἅπαντας Plato. παρὰ πᾶσι φανερὸν Demost.
Sufficientiam: ut τίς πρὸς ταῦτα ἱκανὸς 2. Cor. 16. διαρκὴς εἰς ἄμφω ἡ φύσις Theoph.
Apparatum, vel *Promptitudinem*: ut εὔζωνος πρὸς τὴν μάχην Plutarch. ἐπιτήδειος εἰς μάχην Herodian. κύων ἐπὶ τοῖς προβάτοις ἐπιτήδειος Xenoph.
Propinquitatem: ut ἀγχιστῖναι ἐπ' ἀλλήλησι Hom.
Multa adjectiva præcedentium Classium, ea potissimùm quæ *impotentiam*, *sufficientiam*, *promptitudinem* significant, usitatissimè construuntur cum præpositionibus.
Adjectiva passivè significantia gaudent præpositionibus ἀπὸ, ἐκ, παρὰ, πρὸς, εἰς, &c. ut ἄφαντος ἀπ' αὐτῶν Luc. 24. 31. θαυμαστὸς παρὰ πᾶσι Dem. ἐπίφθονος πρὸς ἀνθρώπων Herodot.

Regentia Gen. vel. Dat. adsciscunt ἀπὸ, ἐκ, &c. cum G. εἰς &c. cum A. Significantia.

Proprietatem: ut ἰδιαίτερον πρὸς ἡμᾶς Dioscorid.
Communionem: κοινὸν κατὰ πάντων ζώων ἐστὶν Aristot.
Reatum: ut ἔνοχος εἰς γέενναν Matt. 5. 22. ἀπὸ τούτου τοῦ φόνου ἐναγὴς Thucyd.
Copiam: ut εὐπορώτερος ἐκ διδασκαλίας Gaza. πλούσιος ἐν ἐλέει Eph. 2. 4.
Inopiam: ut ἄμοιρος ἐπὶ τὸ φρόνημα Euripid.
Nomen *formæ*, *modi*, &c. (pag. 138.) effertur per præpositiones κατὰ, εἰς, πρὸς, &c. cum A. ut ὅμοιος κατὰ γένος, κατὰ ἡλικίαν, κατὰ ἕξιν, κατὰ δόξαν, κατὰ τὰ ὑπάρχοντα Aristot. ὅμοιος εἰς φύσιν Homer. ἀσεβὴς πρὸς φύσιν Æsop. sic διπλοῦς κατὰ μέγεθος Exod. 25.
Nomen *causæ*, διὰ, εἰς, πρὸς, ἐπὶ &c. A. ut εὐδόκιμος διὰ, εἰς, ἐπὶ τοῦτο Isocrat.
Nomen substantivum, interdum adjectivum, cum præpositione sumitur pro adjectivo, rariùs pro substantivo, præcedente ut plurimùm articulo; ut τὰ ἐν πολέμῳ ἔργα Xenoph. (i) πολεμικὰ· τὰ ἐπὶ γῆς (i) ἐπίγεια Eph. 1. 10. εἰς σάρκα μίαν (i) σάρξ μία Eph. 5. 31. ἐπίβλημα τὸ ἀπὸ τοῦ καινοῦ Luc. 5. 36. (i) τὸ καινὸν ἐπ' ἀγαθῷ pro ἀγαθόν. similésque regit casus; ut ἐπ' ἀγαθῷ τοῦ Κύρου Xenoph. ἐπ' ἀγαθῷ τοῖς πολίταις Aristoph.

Regimen

Regimen Verbi.

Accusativus post Verbum.

Verba transitiva [i.e. activa & eorum significationem habentia] accusativum regunt; ut γνῶθι σεαυτὸν Solon. τὸν θεὸν φοβεῖσθε 1. Pet. 2.17. ἐλέησον ἡμᾶς κύριε Matth. 20.30.

Duo Accusativi post Verbum.

* Verba *rogandi, interrogandi, docendi, exigendi, admonendi, celandi, vestiendi, existimandi, vocandi, provocandi, compellandi, nuncupandi, constituendi, testandi, adjurandi* duplicem regunt accusativum; ut ὅσα ἂν αἰτήσῃ τὸν θεὸν Joan. 11.22. ἐρωτήσω ὑμᾶς ἕνα λόγον Luc. 20. 3. διδάξει ὑμᾶς πάντα Joan. 14. 26. πολλὰ παρεκάλεσα αὐτὸν 1. Cor. 16. 12. Σωκράτης ἐκεῖνα ἀργύριον πράττεται Xenoph. τὴν θυγατέρα ἔκρυψε τὸν θάνατον τοῦ ἀνδρός Lys. ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν πορφύραν καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια Marc. 15. 20. ταῦτα ἥγημαι ζημίαν Phil. 3.7. καλέσω τὸν οὐ λαόν μου λαόν μου Rom. 9.25. ταῦτα προεκαλεῖτο τοὺς συνόντας Xenoph. ἐκάλιζον το αὐτὸν αὐτοκράτορα Plut. θεὸς χειροτονῆσαι τὸν πεπτωκότα Lucian. τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα Act. 7.27. ταῦτα ἀνθρώπους μαρτύρομαι Synes. ὁρκίζω σε τὸν θεόν. Marc. 5.7.

* *Siqua verba hujus vel sequentium classium alios regant quàm quos regula exigit casus, reponuntur alibi sub distinctis eorundem quos regunt duorum pluriúmve casuum capitibus.*

Alia similiter, subaudito ὡς vel εἰς ante posteriorem accusativum; ut ἔχετε ἡμᾶς τύπον (i.e.) ὡς vel εἰς τύπον Philip. 3.17. παρεῖχεν ἑαυτὸν βασιλέα Herodian. τὴν χώραν λείαν ἐποιεῖτο Thucyd. αὐτὸν ἔδωκε κεφαλὴν Ephes. 1. 22.

Quibuslibet verbis subjicitur accusativus (potissimùm rei) subaudito κατὰ, διὰ, περὶ &c. ut ἀσκῶ σε τὰ πολεμικὰ Xenoph. τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν 1. Tim. 5. 4. συνηγορήσαμεν τὸν Παρμένοντα Demost. Sic ἐὰν ἐγγυήσῃ τὸν φίλον Proverb. 6.

Usitatissimè accusativi neutri τὸ, τὶ, τοῦτο, οὐδὲν, μηδὲν, τάδε, ταῦτα, πάντα, πολλὰ &c. ut χαίρω τὸ ἐφ' ὑμῖν Rom. 16.19. μικρόν τι κἀγὼ καυχήσωμαι 2 Cor. 11.16. εὐεργετεῖν ἀνθρώπους πολλὰ καὶ μεγάλα Isocr. τοὺς ἀδικοῦντας οἷα ὑβρίζει Xenoph.

Nominativus post Verbum.

Omnia fere verba admittunt post se nominativum, qui cum casu verbum præcedente consentit; ut ἐλάκησε μέσος Act. 1.18.

Genitivus post Verbum.

Verba *incipiendi, desinendi, appetendi, abstinendi, egendi, excellendi, distandi, differendi, aberrandi* genitivum postulant; ut ἄρχεται λόγου Demost. πέπαυται ἁμαρτίας 1. Pet. 4. 1. εἴτις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται &c. 1 Tim. 3. 1. ἀπέχεσθαι βρωμάτων 1 Tim. 4. 3. ἀνυίζει

ἔξοχῆς Thucyd. περιγίνεσθαι τῶν πολεμίων idem. δίεχει τῆς ἠπείρου idem. ἀστὴρ ἀστέρος διαφέρει 1. Corin. 15.41. διαμαρτάνω τῆς ὁδοῦ Thucyd.

Ad verba *appetendi* referuntur *desiderativa* in είω; ut ὀψείω ἀϋτῆς Il. ξ. aliáque connotantia *desiderium*; ut πεινῶσι χρημάτων. Xenoph.

Quædam ex his solum Accusativum regunt:

Appetendi, ποθέω, ἐπιποθέω &c. ut ποθῶ γὰρ αὐτὸν Lucian. ἄδολον γάλα ἐπιποθήσατε 1 Pet. 2. 2.

Excellendi, παραδοκιμῶ, ὑπερέχω: ut παραδοκιμῶ τοὺς ἄλλους Diodor. ὑπερέχειν τέσσαρας πήχεις διὰ τὸ μέγεθος idem.

Verba *nascendi* admittunt genitivum *parentis*; ut Τελαμῶνος ἐγεννήθη ὁ Αἴας Isocr.

Quædam verba regunt genitivum:

Ἀηθέσσω *insuetus sum*; ut ἀήθεσσον γὰρ ἔτ' αὐτῶν Il. κ'.

Ἐπιδικάζομαι *hæreditatem peto*; ut ἐπιδικάζεσθαι τῶν χρημάτων Isocr.

Ἐράω (ἔραμαι poët.) *amo*; ut ἐρᾶν φλαύρων Arist. ὅς πολέμου ἔραται. Il. ι.

Ἔχομαι *adhærco*; ut ἔχεσθαι τῆς πέτρας Lucian.

Προξενῶ *hospitio excipio*, ὑμῶν Xenoph.

Σπλαγχνίζομαι *misericordiâ commoveor*; ut ἐσπλαγχνίσθη τοῦ δούλου Mat. 18

Στοχάζομαι *collimo*; ut στοχάζομαι σκοποῦ Polyb.

Ὑπολείπομαι *relinquo*; ut ὑπολείπονται Θετταλῶν Heliod. l.4.

Φείδομαι *parco*; ut πλούτου μὴ φείδου Phocylid.

Ἐπείγομαι *festino*, gen. rei (*quæ* seu *ad quam properatur* Steph.); ut ὁδοῖο Od. α. ἄεθλος Il. τ'.

Accusativus cum Genitivo.

Verba *implendi*, *privandi*, *æstimandi*, *sedendi* exigunt accusativum proximioris substantivi cum genitivo remotioris; ut πεινῶντας ἐνέπλησεν ἀγαθῶν Luc. 1.53. γυμνῶ σε τῶν ὅπλων Herodian. τιμησάμην ἂν ἐμαυτὸν τῆς σιτήσεως Lucian. Θηβαίους παύσει ὕβρεως Dem.

Verbis *privandi* accensentur verba *exonerandi*, *liberandi*, *separandi*, *frustrandi*, *arcendi*, *prohibendi*, *inhibendi*; ut ἀποκουφίζειν ὄχλου τὴν πόλιν Plutarch. τὴν πόλιν περιστάντα ἠλευθέρωσε Isocrat. Εὐρώπης Ἀσίην Τάναϊς οὐρίζει Dionys. πραγμάτων σφάλλουσιν ἡμᾶς Plutarch. διασκίδνησιν αὐτοὺς τῆς συντάξεως Joseph. εἴργω σε πυρὸς καὶ ὕδατος Plutarch. ἴσχω σῆς συγγόνου ξίφος Euripid.

Verbis *æstimandi*, verba *dignandi*, *præferendi*; ut ὑμᾶς ἀξιώσῃ τῆς κλήσεως ὁ θεὸς 2. Thess. 1.11. τοῦ κοινῇ συμφέροντος τὸ ἴδιον προκρίνειν Diodor.

Verba *accusandi*, *damnandi*, adsciscunt accusat. *subjecti* cum genit. *criminis*; ut Αἰσχίνην οὐδενὸς αἰτιῶμαι Dem. τὸν νεκρὸν κρίνειν προδοσίας Lycurg.

Verba *absolvendi* regunt accusat. cum genitivo *criminis* vel *pœnæ*; ut ἀφίημί σε τῶν ἐγκλημάτων Lucian.

Da-

Dativus post Verbum.

VErba *commodandi, fidendi, diffidendi, obsequendi, repugnandi, invidendi, gaudendi, sequendi, appropinquandi, innitendi, sufficiendi, vacandi*, dativum postulant; ut δεσπότῃ λυσιτελεῖν Xen. ὅτε πᾶσι πιστεύειν, ὅτε πᾶσιν ἀπιστεῖν Aristot. πειθαρχεῖν δεῖ θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις Act. 5.29. ἀντίστητε τῷ διαβόλῳ Jacob. 4.7. ἀλλήλοις φθονεῖν Galat. 5.25. χαίρω φίλοις Xen. τοῖς τερπνοῖς ἕπεσθαι εἴωθε τὰ λυπηρά. Mosch. ἐγγίσατε τῷ θεῷ Jac. 4.8. βάκτρῳ σκήπτεσθαι Apollon. ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου 2. Cor. 12.9. σχολάζητε τῇ νηστείᾳ 1. Corinth. 7.5.

Sub verbis *commodandi* comprehenduntur verba *auxiliandi, prospiciendi, conveniendi, benevolendi*; ut κύριε, βοήθει μοι Matth. 15.25. ἔπεχε σεαυτῷ 1. Tim. 4. 16. τοιοῦτος ἡμῖν ἔπρεπεν ἀρχιερεὺς Heb. 7. 26. οὐ ῥᾴδιον εὐνοεῖν τοῖς κακονόοις Xenophon. Ὄνημι & ὀνίνημι prosum accusat. ut τί τὴν πόλιν ὤνησεν Æschin. τί με κωκυτὸς ὀνίνησι Lucian.

Sub verbis *obsequendi*, verba *annuendi, serviendi*; ut νεύει τούτῳ Σίμων Joan. 13.24. δουλεύειν τῷ θεῷ 1. Thessal. 1.9.

Sub verbis *repugnandi*, verba *certandi, discrepandi, renuendi, irascendi, indignandi*, item composita ex δυς: ut γυναικὶ μὴ μάχου Cleobul. διαφωνεῖν ἀλλήλοις Aristot. ἀνάνευον ἑκάστῳ Od. 1. ὀργίζεσθαι τῷ ἐξαπατήσαντι Dem. ἀγανακτεῖν τῷ θανάτῳ Plat. δυσφορεῖς τῇ πενίᾳ Plutarch. Huc spectant verba *insurgendi, contraveniendi, peccandi*, & alia quædam, potissimum ex SS. quæ dativum admittunt personæ *adversus quam*; ut ἀνέστησάν μοι μάρτυρες Psalm. 35.11. μὴ ἐλθέτω μοι ποὺς Psalm. 36.11. ἥμαρτόν σοι Psalm. 41.4.

Sub verbis *appropinquandi*, verba *occurrendi, contingendi, incidendi, impingendi*; ut ἀπήντησεν αὐτῷ Marc. 5. 2. τύποι συνέβαινον ἐκείνοις 1. Corinth. 10. 11. πίπτειν ταῖς δυσπραξίαις Sophocl. προσέκοψαν τῷ λίθῳ Rom. 9.32. Verba etiam *veniendi*, quæ interdum dat. adsciscunt; ut ἐλθεῖν τοῖς πολεμίοις Thucyd.

Sub verbis *vacandi*, verba *assuescendi*; ut εἴθισεν αὐτῷ Alex. Aphrod. σχολή μοι μαντικὴ Plato.

Multa verba, fere composita ex σὺν & ὁμοῦ, exigunt dativum *personæ*, vel *rei sociæ*; cujusmodi sunt verba *conversandi, consentiendi, compatiendi* &c. ut ὡμίλει αὐτῷ Actor. 24. 26. ὁμογνωμονῶ σοι Xen. τοῖς δεσμοῖς μου συνεπαθήσατε Hebr. 10. 34. συνελθεῖν αὐτοῖς Act. 11. 12. (i.) ἐλθεῖν σὺν ibidem.

Quædam verba exigunt dativum:

Ἀγρυπνέω *invigilo*; ut τοῖς καιροῖς ἀγρυπνῶ Lucian.

Ἀηδίζομαι *tædio afficior*; ut ἀηδίζομαι τῷ ξένῳ Alex. Aphrod.

Ἀντέχω *sustineo*; ut ἀντέχειν τῷ πόνῳ Herodian.
Ἀτενίζω *intentè aspicio*; ut τί ἡμῖν ἀτενίζετε: Act. 3.12. ἐπέχω *idem*; ut ὁ δὲ ἐπεῖχεν αὐτοῖς Act. 3.5.
Δοκέω *videor*; ut τί ὑμῖν δοκεῖ Matth. 18.12.
Δολόω *insidior*; ut δολῶσαι γάμοις Steph.
Ἐγχειρέω *aggredior*; ut ἐγχειρεῖν ἔργῳ idem.
Ἐπιπολάζω *in summitate feror*; ut ἐπιπολάζω τοῖς στοιχείοις Aristot.
Προσέχω *ausculto*; ut προσέχειν τοῖς λαλουμένοις Act. 16.14.
Πτύω *conspuo*; ut πτύσαι τῷ προσώπῳ Sophocl.

Accusativus cum Dativo.

Verba *dandi*, *dicendi*, *monstrandi*, *comparandi*, *conjungendi*, *paciscendi*, *machinandi*, regunt accusativum substantivi propioris cum dativo remotioris: ut μήτε δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ Ephes. 4.27. μηδενὶ εἴπητε τὸ ὅραμα Matth. 17.9. ὁδὸν δείκνυμι ὑμῖν 1 Cor. 12.31. ἓν ἐνὶ παραβάλλειν Lucian. Πομπηΐῳ ἐζεύγνυ τὴν θυγατέρα Appian. σπένδομαί σοι εἰρήνην Demost. γυναικὶ θάνατον ἐμηχανᾶτο Herodian.

Ad verba *dandi* spectant verba *accommodandi*, *fœnerandi*, *solvendi*, *parandi*, *ferendi*, *ponendi*, *sacrificandi*, *propitiandi*, *mittendi*, *permittendi*, *committendi*: ut χρῆσόν μοι τρεῖς ἄρτους Luc. 11.5. δανείζειν ἀργύριόν τινι Demosth. τίνειν αὐτοῖς μισθὸν Xenoph. ἑτοιμάσαι κυρίῳ λαὸν Luc. 1.17. φέρετέ μοι αὐτὸν Matth. 17.17. τιθέναι πρόσκομμα τῷ ἀδελφῷ Rom. 14.13. θύειν εὐαγγέλια τῇ θεῷ Aristoph. ἡμῖν ἑκάεργον ἱλάσσεαι Il. α. ἔπεμψα ὑμῖν Τιμόθεον 1 Cor. 4.17. Θεῷ τὴν κρίσιν ἐπιτρέπω Herodian. οὐκ ἐπίστευεν ἑαυτὸν αὐτοῖς Joh. 2.24.

Ad verba *dicendi*, verba *affirmandi*, *negandi*, *objiciendi*, *colloquendi*, *respondendi*, *testificandi*, *suffragandi*, *mentiendi*, *nuntiandi*, *mandandi*, *consulendi*, *minandi*, *imprecandi*, *confitendi*, *promittendi*; ut ἀληθεύω σοι τοῦτο Xenoph. τῷ δ' ἕτερον ἀνένευσε Il. π. μή μοι δῶρ' ἐρατὰ πρόφερε Il. γ. μοι πάντα φίλος διελέξατο θυμός Il. λ. ἀπόκριναί μοι τοῦτο Lucian. μαρτυρῆσαι ὑμῖν ταῦτα Apocal. 22.16. ψηφίζομαί σοι τὴν ἐξουσίαν Herodian. ψεύδομαί σοι τοῦτο Demosth. κηρύξαι τοῖς αἰχμαλώτοις ἄφεσιν Luc. 4.18. ταῦτα ἐντέλλομαι ὑμῖν Joh. 15.17. βουλεύειν τῇ πόλει τὰ ἄριστα Thucyd. (sic ἔκεινα ἐμαυτῷ τοῦτο 2 Cor. 2.1.) ἀπειλέω σοι θάνατον Herodot. ἀρᾶσθαι ἐξώλειαν αὐτῷ, καὶ γένει, καὶ οἰκίᾳ Dem. ὁμολογῶ τοῦτό σοι Act. 24.14. ὑπισχνεῖσθαί τινι εὐδαιμονίαν Isocr.

Ad verba *comparandi*, verba *æquandi*, *assimilandi*, *opponendi*; ut ὁ σίδηρος ἂν ἴσοι τοὺς ἀσθενεῖς τοῖς ἰσχυροῖς Xenoph. τίνι ὁμοιώσωμεν τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ: Marc. 4.30. ἀντεισφέρειν τῷ θελήματι θέλημα Nazianz.

Ad

Ad verba *conjungendi*, verba *aptandi*, *miscendi*, *reconciliandi*; ut τοὺ νόμους ἁρμόζεται τοῖς πολίταις Plutarch. κεράσαι οἴνῳ τὴν πηγὴν Idem. διαλλάττειν τὴν πόλιν τῷ βασιλεῖ Thucyd.

Verba *jurandi* regunt dativum personæ *cui*, & accusativum rei vel personæ *per quam* juratur; ut ὄμνυμί σοι τὸν κύνα Lucian. His adde

Ἀπαγορεύω *veto*; ut ἀπαγορεύω σοι φόνον Isocrat.

Ἐγγυάω *spondeo*; ut ἐγγυῶ παῖδά σοι Herodot.

Ἐκπολεμόω *inimicum reddo*; ut τοὺ Ὀλυνθίους ἐκπολεμῶσαι τῷ Φιλίππῳ Demost.

Τιμωρῶ *ulciscor sive vindico*; ut τιμωρήσεις Πατρόκλῳ τὸν φόνον Plato.

Σύνοιδα *conscius sum*; ut οὐδὲν ἐμαυτῷ σύνοιδα 1. Cor.4.4.

Συγγινώσκω *idem*; ut συνεγίνωσκεν ἑαυτῷ κακά Gregor.

Sic χάριν σοι οἶδα Lucian. ἔγνων idem. ἔχω Xenoph. ὀφείλω idem. ἐκτίνω Plato. καταπίθημι Demost. φέρω Eurip. ἵστημι Isocr. ἀπομνάομαι Hesiod. cum multis aliis quæ significant *gratias tibi habeo*, *ago*, *refero*.

Denique omnia verba cujuscunque generis adsciscunt dativum *rei* vel *personæ* cui aliquid acquiritur vel attribuitur cum vel sine alio casu; ut γράφω ὑμῖν 1 Joh.2.12. & ἐντολὴν γράφω σοι 2 Joh.v.5. ἐμοὶ ἐποιήσατε Matth. 25.40. & δεῖπνον ἐποίει τοῖς μεγιστᾶσι Marc.6.21. Φιλίππῳ ζῶν καὶ οὐ τῇ πατρίδι Demost. μὴ ζηλοῖς σύ μοι Num. 11. 28. τῷ θεῷ Num.25.13. δέδεικας αὐτοῦ σεαυτῷ 1 Reg.8.53. φοβοῦμαί σοι *metuo tibi* &c. Legitur geminus dativus ἐξελέξατο ἡμῖν κληρονομίαν ἑαυτῷ Psalmo. 47. v. 4.

Genitivus & Dativus.

Verba cedendi exigunt Dativum personæ cum Genitivo rei; ut εἴκω γέρουσιν ἕδρης Steph. Sic

Ἄρχω *initium sum*; ut ἥδε ἡ ἡμέρα τοῖς Ἕλλησι κακῶν ἄρξει Thucyd. ὑπάρχω, *idem*; ut ὑπῆρξαν τῆς ἐλευθερίας τῇ Ἑλλάδι Andocid.

Δικάζομαι *in jus voco*; ut δικάζομαι τῇ ψυχῇ τῆς κακώσεως Plutarch.

VARII CASUS post Verbum.

Genitivus vel Accusativus,

Verba *sensuum*, *auditûs*, *olfactûs*, *gustûs* genitivo gaudent, interdum & accusativo rei; ut αἰσθάνομαι ψόφου Aristoph. ᾔσθετο τὸ πρᾶγμα Dem. ἤκουσα φωνῆς Act. 22.7. ἤκουσα φωνὴν Act. 26. 14. ὁ γρυπὸς Νίκων ὀσφραίνεται οἴνου Epigr. ὀσφραίνεται κρέας Aristoph. (sic ὄζω μύρου & μύρον Aristoph.) ἰχθύων μὴ γεύεσθαι Proverb. θανάτου Matth. 16.28. ἐγεύσατο τὸ ὕδωρ Joh. 2.9.

Genitivo etiam personæ; ut οὐκ αἰσθάνῃ σαυτοῦ Xenoph. ἀκούετέ μου πάντες Marc. 7.14. &c.

Similes casus amant προνοέομαι *provideo*, πυνθάνομαι *sciscitor*, *audio*, συνίημι *intelligo*; ut προνοοῦμαί σου Thucyd. τῆς οὐσίας idem. προνοούμενοι καλὰ Rom. 12. πυθέσθαι τῆς πόλεως Thucyd. πατρὸς Æschin. τὸ πεπρωμένον Plutarch. συνίησι τοῦ χρησμοῦ Pausan. τοῦ δ' ἀγγελίοντος ξυνίεν Od. δ'. συνιέναι τὰς γραφὰς Luc. 24. 45. Ἐνωτίζομαι *audio* exigit accusativum; ut ἐνωτίσασθε τὰ ῥήματα Act. 2. 14. rarius genit. ut ἐνώτισαι τῶν δακρύων μου Ps. 39. 13.

Raro hæc junguntur accusativo personæ; ut ᾔσθετό με Aristoph. πυνθάνομαί τε Plato.

Verba *tactûs* ut plurimum exigunt genitivum rei vel personæ; ut ἥψατο τοῦ ἱματίου Marc. 5. 27. γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι 1. Cor. 7. 1. rarius accusativum; ut καθάψατο θοῦρον Ἄρηα Il. ό. Sed ἀφάω, ψηλαφάω frequentiùs accusativum: ut τόξ' ἀφάειν Il. ζ'. ψηλαφήσατέ με Luc. 24. 39.

Cum significatur *pars* ponitur usitatissimè in genitivo post verba connotantia *gustum* vel *tactum*; ut πίω τῆς ἀθανασίας Lucian. φάγω ἐχίδνης idem. λωτοῦ ἔφαγες Proverb. vel πάσασθαι Od. 1. ἐπιρροφεῖν τοῦ ὕδατος Plutarch. sic ἐνεφοροῦντο τῶν κρεῶν Heliod. δρέπομαι ἀνθῶν Lucian.

Audiendi verba simul regunt genitivum personæ & accusativum rei; ut τοῦτο πολλῶν ἀκούω Xenoph. sic βραχέα σου πυθέσθαι βούλομαι Aristoph. μάθε μου τάδε Xenoph.

Legitur εἶδον *vidi* cum genitivo personæ propter verbum affine: ut οὐδεὶς πώποτε Σωκράτους οὐδὲν ἀσεβὲς πράττοντος εἶδεν, οὐδὲ λέγοντος ἤκουσε Xen.

Nonnunquam adverbiis adduntur præpositiones ante casus; ut ἄχει πρὸς τὸν σκοπὸν Lucian. ἄχεις ὑπὸ τὴν πηγὴν Isocrat. ἄχει παρ' αὐτὴν Κρηπῖδα Arat. ἄχεις ἐπ' ἀκμήν Apollon. Argon. l. 4. v. 1463. ἄχεις ἐπ' ὤμοις Quint. Smyrn. l. *α*. v. 259. ἄχεις ἐς ἠῶ idem l. *ζ'*. v. 177. [sic μέχεις] μέσφ' εἰς Σούνιον ἄκρον Callimach. hymn. in Delum v. 17. μέσφα παρ' οὐρὴν Arat. ἕως εἰς Βηθανίαν Luc. 24. 50. ἄσχι παρ' ὀρσοθύρην Od. *χ'*. v. 323. ἀπόθεν ἐκ τῆς ὕλης Xenoph. ἐκτὸς ἀπὸ κλισίης Il. *κ'*. v. 151. νόσφιν ἀπὸ φλοίσβου Il. *ε'*. v. 322. ἐγγὺς ἀπὸ τείχεος Il. *σ'*. v. 156. ἔνερθ' ὑπὸ γῆς Hesiod. μάλιστα ἐκ πάντων Thucyd. ... πάντων Lucian. Adduntur etiam adverbia; ut νόσφιν ἄπερθε ...ων Hesiod. & plura ejusmodi.

Adverbia ponuntur interdum pro adjectivis: ut τὰ πρόσθε τῶν Δελφῶν Heliodor. ἶσα θεῷ Philip. 2. 6. (i. e.) πρόσθεν, ἴσος.

Postponuntur interdum adverbia quædam suis casibus; ut τῶν μὲν κινδύνων πόῤῥω, τῶν δ' ὠφελειῶν ἐγγὺς Isocrat.

Duæ negativæ vehementius negant; ut οὐ μὴ πίω Luc. 22. 18. οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδὲν John. 15. 5. quandoque plures; ut οὐκέτι οὐ μὴ φάγω Luc. 22. 16. οὐ δυνατὸν οὐδέποτε οὐδὲν τούτων πρᾶξαι Plato. οὐδέποτε οὐδὲν οὐ μὴ γένηται τῶν δεόντων Demosth. Hæ tamen, interventu verbi separatæ, plerumque affirmant; ut οὐ δύναμαι μὴ μεμνῆσθαι αὐτοῦ Xenoph. τὸν Ὀδυσσέα μὴ οὐ μισεῖν οὐκ ἂν δυναίμην Lucian. Negativa particula interrogative posita crebrius affirmat.

Regimen Adverbiorum cum modis.

Adverbia *similitudinis, interrogationis*, item significantia *quomodo*, ferè Indicativo junguntur; ut ὥστε λέων ἐν βουσὶ θόρεν &c. ὡς Τράχιν μίγη &c. Il. έ. ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, Psalm. 2. 1. ἴδε πῶς ἐφίλει αὐτὸν Joan. 11. 36. Interdum autem aliis modis, ratione sensûs; ut ὡς ὁ λόγος ἐν τοῖς ἑξῆς δηλώσειε Symeon. Paraphr. πῶς τίς τοι πρόφρων ἔπεσιν πείθηται. Il. ά.

Adverbia *dubitativa* vel *dubitativè* sumpta adsciscunt Optativum; ut τάχα τινὲς ἐπίσταιντο Lucian. Encom. Demosth. πυθόμενος εἰ φλάζοι Plutarch. ἀνθρώπων ὅπως προθυμοῖτο Heliodor. l. 6. non rarò etiam Indicativum; ut τάχα εἰσόμεθα Plato. οὐδ', εἰ μέλλουσι λήψεσθαι, ἴσασι Isocrat.

Adverbia *hortandi* junguntur Imperativis, rariùs Subjunctivo, vel Indicativo; ut ἄγε φίλητόν με Lucian. Ganym. & Jovis. ἀλλὰ φέρε ἴδω idem. ἴθι δὴ σὺ ὅπως idem. νῦν δ' ἄγ' ἐρύσσομεν Il. ά.

Quædam Adverbia *temporis, loci, optandi, prohibendi*, paucula etiam aliarum classium variis modis inserviunt: quæ alphabeticè subjiciuntur.

Ἅμα *simulatque* Indicat. infinit. ut ἅμα ἀκηκόαμέν τι Demosth. ἅμα τοῦ τὸν λόγον ἀκοῦσαι Chrysostom.

Αὐτίκα *idem* Ind. ut αὐτίκα τε εἶδον &c. Herodot.

Ἄχρι, ις *donec* Ind. Sub. Inf. ut ἐφύλαττον αὐτοὺς ἄχρι δὴ ἀφίκοντο πρέσβεις Lucian. ver. hist. l. 2. ἄχρι τελεσθῇ τὰ ῥήματα Apoc. 17. 17. ἄχρι τοῦ διελθεῖν Sophocl.

Εἴθε *utinam* Inf. ut εἴθε τοιοῦτον φανῆναι τὸν λόγον Lucian. in lapsu. Huc referri possunt aliæ Optandi formulæ cum infinitivo; ut ὦ Ζεῦ τὸν πατέρα ἀποθανεῖν Lucian. Icarom. Ζεῦ πάτερ ἢ Αἴαντα λαχεῖν ἢ Τυδέος υἱὸν Ιλ. ή. v. 79.

Εἴθε vel αἴθε *utinam*, & pro illis εἰ vel αἰ, ferè cum particula γὰρ, Opt. interdum Ind. rariùs Inf. ut εἴθε γαμήσειας αὐτὸν Lucian. Junon. & Jov. εἴθε σοι πρότερος ἐνέτυχον idem. in Tyrannicid. εἴθε σε μὴ θνητοῖσι γενέσθαι πῆμα Phocylid. εἰ γὰρ γένοιτο ταῦτα Lucian. Prometh. εἰ γὰρ Περσίδος ἔσβεσε θεὸς Pisides.

Εἰσόκε vel εἰσότε *donec* Sub. rariùs Ind. ut εἰσόκε τέκμωρ Ἰλίου εὕρωμεν Il. ί. εἰσόκε τις θεὸς ἔμβαλε θάρσος Apollon.

Ἐπεὶ *postquam, cum* Ind. Opt. rariùs Inf. ut ἐπεὶ ἐπλήρωσε πάντα τὰ ῥήματα Luc. 7. 1. ἐπεὶ ἀναστάντες ἐρχόμενοι Xenoph. ἐπεὶ σφέας παραλαμβάνειν τοὺς Ἕλληνας Herodot. *quamprimum* Ind. ut ἐπεὶ ἀπεκρυψάμεθα αὐτοὺς Lucian. ver. hist. l. 2.

Ἐπειδὰν

Ἐπειδὰν *postquam* Sub. Opt. rariùs Ind. ut ἐπειδὰν ξηρανθῶσι Lucian. ver. hist. l. 2. ἐπειδὰν κοιμᾶσθαι δέοι idem. ἐπειδάν τις εἰσδέχηταί με Lucian. Timon.

Ἐπειδὴ *idem* Ind. Opt. Inf. ut ἐπειδὴ προσῆκεν οἴκοι κινδυνεύειν Dinarch. ἐπειδὴ προσβάλλοιεν ἀλλήλοις Thucyd. ἐπειδὴ οὐκ ἐκβῆναι τὴν ψυχὴν Plato. *quamprimùm* Ind. ut ἐπειδὴ ᾔσθοντο αὐτοὺς ἐπιόντας Lucian. ver. hist. l. 2.

Ἐπεὶ κε *postquam*, Sub. ut ἐπεί κε λίπῃ λευκ' ὀστέα θυμός Od. λ'. ver. 224.

Ἐπεὶ περ *idem* Ind. ut ἐπεί περ παρεσκευάσμεθα Xenoph.

Ἐπὴν, ἐπεὰν *idem* Sub. interdum Optat. ut ἐπὰν δὲ εὕρητε Matth. 2.8. ἐπεὰν ἐνείκῃ Herodot. ἐπὴν ἀπολείποι Lucian. Meretr. Dial 3.

Ἔστε *donec* Ind. rariùs Sub. rarissimè infin. ut ἔς' ἀπέψυξεν βίον Sophocl. ἀρήγετ' ἔς' ἐγὼ μόλω idem. ἔς' ἂν ἵκηται Ἔ ς δόμον Orph. Achat. v.101. *quamdiu* Ind. ἔδιωξεν ἔστε σάος ἦν Arian.

Εὖτε *dum*, *quando* Ind. Sub. Opt. ut εὖτ' ἔπλεον Herodot. εὖθ' ἔρδωμεν Od. ή. v.202. εὖτε θέλοι Hom. hymn. in Venerem v.37.

Ἕως *quamdiu* Ind. rariùs Sub. ut ἕως ἐστὶ καιρὸς Demosth. Olynth. 1. καταγελῶνται οἱ ἐυσεβεῖς ἕως ἡ χρηστότης τοῦ θεοῦ κρύπτηται Nazianz. *donec* Ind. interdum Sub. Opt. rariùs Infin. ut ἕως ἦλθεν ὁ κατακλυσμὸς Matth. 24.39. ἕως προσεύξωμαι Marc. 14.32. ἕως ἀφίκοιτο Demosth. οὐκ ἀνῆκαν ἕως καὶ ἀποπνῖξαι Joseph.

Ἦμος *quando* Ind. rarius Sub. ut ἦμος δ' ἠέλιος κατέδυ Od. ί. ἦμος ἅπαντα φύηται Arat.

Ἡνίκα, τηνίκα, ὁπηνίκα *idem* Ind. rariùs Sub. Optat. ut ἡνίκα ἀναγινώσκεται Μωσῆς 2 Cor. 3.15. τηνίκ' ἄρτ' ἀπώλετο Aristoph. ὁπηνίκα θαῦμα καλείδομεν Epigram. ἡνίκα δ' ἐξέλθωσι Homer. Batrachom. &c. τηνίκα λέλουσθαι δέοι Lucian. Gallus.

Μέσφα *donec* Ind. ut μέσφ' εἰσενόησαν Apollon.

Μέχρι, ις *donec* Sub. Inf. ut μέχρι καταντήσωμεν Ephes. 4. 13. μέχρις ἠῶ δῖαν ἵκηται Quint. Smyrn. l. ά. v. 827. *quamdiu* Ind. ut μέχρις ὀλίγα ἠδικοῦμεν Lucian. Jud. vocal.

Μὴ cum compositis *ne*, *prohibentis* Imp. Sub. interdum Opt. rarius Inf. ut μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ Ephes. 5. 18. μὴ θεομαχῶμεν Act. 23. 9. μὴ λυπηθείης Phocylid. ψεύδεα μὴ βάζειν idem. & μήτε ἀνὰ δύο χιτῶνας ἔχειν Luc. 9. 3. *nè forte* Sub. Optat. interdum Ind. rarius Imperat. ut σιώπα μὴ κακὸν ἀπολαύσῃς Lucian. φοβηθεὶς μὴ ξυντριβείην idem. φοβέμεθα μὴ ἡμάρτήκαμεν Thucyd. (sic σκόπει οὖν μὴ τὸ φῶς σκότος ἐστὶ Luc. 11. 35.) ἴδε μή σε ἀνιάσω Lucian. Meretr. Dial. Similiter μήποτε, μήπως, μήπου *idem*; ut μήποτ' ἐπιστρέψωσι Marc. 4. 12. δείσας μήπως οἱ ἐρυσαίατο νε-

κρᾶν Ἀχαιοὶ Il. έ. μήπυτε θόρυβος ἔσαι Marc. 14.2. *Ne, deprecatis* Opt. interdum Sub. rarissime Inf. ut μὴ γένοιτο Rom. 6.15. μή μοι ὀργισθῆτε Dinarch. μὴ γὰρ ἂν ἔτι τοὺς ἀνθρώπους ἀποθάνῃ Plutarch.

Οἱ *quò* Opt. Ind. ut ἔφερεν ἄνεμος οἷ ἐθέλοι κυβερνήτης Lucian. ver. hist. l. 2. οἷ καταφεύσοι Thucyd.

Ὅπῃ *prout* Ind. Sub. ut ὅπῃ νόος ἐστὶν ἑκάστῳ Il. ι'. ὅπῃ τύχῃ Plato. *ubi* vel *cùm* Ind. Opt. ut ὅπῃ σφᾶς ἀποδέδρακε Plutarch. ὅπῃ παρείκοι. Bud. *quò* Opt. interdum Sub. ut πάπτηνεν ὅπῃ φύγοι Il. ξ'. ὅπῃ φύγωσι περιβλέπουσι Lucian. de domo.

Ὅποι *quò, ubi*, Ind. Opt. Sub. ut βαδίζειν ὅποι βούληται Demosth. ὅποι πειμφθείην idem. ὅποι τύχῃ Steph.

Ὅπου *ubi* Ind. ut ὅπου ὁ σκώληξ οὐ τελευτᾷ Marc. 9.44. ὅπου ἂν, ὅπου ἐὰν, ὅπου ποτὲ *ubicunque* Sub. interdum Opt. rariùs Ind. ut ὅπου ἂν αὐτὸν καταλάβῃ Marc. 9.18. ὅπου ἐὰν εἰσέλθῃ Marc. 14. 14. ὅπου ποτὲ γῆς εἴης Synes. ὅπου ἂν εἰσεπορεύετο Marc. 6.56.

Ὁππῆμος *quando* Sub. ut ὁππῆμος φορέῃσιν ἀκάνθην Arat.

Ὅπως *quomodo* Ind. Opt. rariùs Sub. ut ἑώρων ὅπως ἐκεχήνεις Lucian. merc. cond. ἀπεσκόπουν τὰ ἐπέκεινα ὅπως ἔχοι idem. ver. hist. l. 2. λέξον ὅπως διανοῇ Xenophon. *postquam* Ind. Optat. ut ὅπως ἐγένετο Lucian. ὅπως γένοιτο νὺξ Herodot.

Ὅσον, ὅσα vel ὅσῳ *quantum, in quantum* Ind. Inf. rariùs Opt. ut ὅσον διαφέρουσι Isocrat. ὅσον τεκμαίρεσθαι Lucian. in lapſ. θαυμαστὸν ὅσον ἐπιδεδωκὼς εἴη πρὸς φιλοσοφίαν Plato. similiter ὅσον, ἐς ὅσον ἐφ' ὅσον &c. *quatenus*; ut ὅσον ἐμβεβαιώσασθαι τὸ νίκημα Plutarch. ἐς ὅσον βούλομαι Thucyd. ἐς ὅσον ἡ ἐπιστήμη ἀντέχοι idem. Ἐφ' ὅσον *quamdiu* Indic. ut ἐφ' ὅσον μετ' αὐτῶν ἐστὶν ὁ νυμφίος Matth. 9.1. Sic ἐν ὅσῳ *dum, donec*; ut ἐν ὅσῳ γὰρ ταῦτα λογιζόμεθα Lucian. ver. hist. l. 2.

Ὅταν, ὁπόταν *quando* Sub. interdum Opt. rariùs Ind. ut ὅταν ὀνειδίσωσι Matth. 5.11. ὅταν γὰρ βούλοιτο Xen. ὅταν δώσουσι Apoc. 4. 9. ὁπόταν οἰκτρὸν τι φαίνηται Lucian. in Saltat. ὁπόταν οἱ θεοὶ βιάζοιντο idem. ὁπόταν δὴ φθέγξομαι Il. φ'.

Ὅτε *quando* Ind. rariùs Sub. Opt. ut ὅτε ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι Luc. 2. 22. ὅτε εἴπητε Luc. 13.35. ὅτε ὕπνος ἱκάνοι Il. ά. ὁπότε *idem*. Opt. Ind. rarius Sub. ut ὁπότε σπουδαῖον γράφοιεν Lucian. in lapſ. ὁπότε ἐπείνασεν αὐτὸς Luc. 6.3. ὁππότε νεκροὶ αὖθις ἀναζήσωσι Nonn. in Joann. cap. 5.

Οὐ μὴ & οὐδ' οὐ μὴ (pro οὐκ ἂν) *nullo modo* Sub. rarissimè Ind. vel Opt. ut οἱ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι Luc. 21.23. οὐδ' οὐ μὴ γένηται Matth. 24. 21. οὐ μή σε ἀπαρνήσομαι Marc. 14. 31. οὐδ' οὐ μὴ σφέσεις αὐτῷ τὸ θεῖον φωτὸς Synes.

Ὀφε-

Ὄφελον vel ὤφελον *utinam* Inf. Opt. rariùs Ind. ut ὤφελον ὡς ὀλέσθαι Apollon. ὄφελον ψυχρὸς εἴης Apocal. 3. 15. ὄφελον ἠνείχεσθέ μου 2 Cor. 11. 1.

Ὄφρα *donec* Ind. Opt. Sub. ut ὄφρα βάλον Il. ε. ver. 588. οὐ πείσομαι, ὄφρ' αὐτὸν ἴδοιμι Od. ι. ἔχει κότον ὄφρα τελέσσῃ Il. α. *quamdiu* Ind. Sub. ut ὄφρα μὲν ἠὼς ἦν Il. θ'. πινέμεναι ὄφρ' ἐθέλητον Il. δ'.

Πάρος *priusquam* Inf. rariùs Ind. ut πάρος τὴν γαῖαν ἱκέσθαι Apollon. ἤτοι χωρήσουσι, πάρος τινὰ γαῖα καθέξει Il. π'.

Πότε *quando* Ind. ἔμπειροι πότε δεῖ ποιεῖν Liban.

Πρὶν *priusquam* Inf. interdum Sub. Opt. rariùs Ind. ut πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι Marc. 14. 72. πρὶν ἅπαντα εἴπω Demost. Philip. 4. πρὶν ἑαυτοῦ ἐπιμεληθείη Plato. πρὶν τὴν Βοιωτίαν ἀπέδωκε Demosth. de Cherson. πρινὴ Infin. ut πρινὴ γνῶναι τὸν θεὸν 1 Reg. 3.

Πρότερον ἢ *priusquàm* Ind. Sub. Inf. ut πρότερον ἢ συντάξει Aristot. πρότερον ἢ καθαίρησθαι Plato. πρότερον ἢ τοὺς πολίτας ἐπιψηφίσασθαι τὸν νόμον Plutarch. πρότερον *idem* Inf. ut πρότερον ἀπελθεῖν Thucyd.

Ὡς vel ὥστε *utinam* Opt. rariùs Ind. ut ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος Od. α. ὥς ὤφελες Il. γ'. *quamprimum* Ind. rariùs Inf. ut ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην Theocrit. ὡς ἀκούσω τοὺς παρόντας Demosth. ὡσπερεί, ὡσπερανεί, ὡς ἄρα *ac si* Opt. interdum Ind. ut ὡσανεὶ λεγόμενον Aristot. ὡσανεὶ ἔλεγε Chrysostom. ἐμήνυεν ἡ δεξιὰ ὡς ἄρα τι ἐπιτάττοι Liban. ὥσπερ ἂν *idem* Sub. ut ὥσπερ ἂν ἔχῃς Demosth. ὡς ὅτε *donec* Ind. ὡς ὅτ' ἀοιδὸς ἀείδει Od. ρ'. Ὡς *quomodo*, Ind. rariùs Opt. ut συνειπὼν ὡς δεῖ λαμβάνειν Demosth. de republ. διεξῄει ὡς ἀναρπασθείη Luc. ver. hist. l. 1.

Regimen Conjunctionum.

Conjunctiones *copulativæ, connexivæ, disjunctivæ*, similes casus, modos, & (nisi sensus aliud postulat) tempora ante & post se habent; ut τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα Marc. 10. 19. μαστίγων πεῖραν ἔλαβον, ἔτι δὲ δεσμῶν Heb. 11. 36. οὐ κοπιᾷ οὐδὲ νήθει Matth. 6. 28. nonnunquam itidem *discretivæ*; ut οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ θεὸς Marc. 10. 18. Interdum diversos casus; ut μὴ ἐξέστω τοῖς ὑπὲρ ἡλικίαν οὖσιν εἰσιέναι, ἐὰν μὴ υἱὸς Æschin. in Timarch. Ζεῦ πάτερ ἠέλιός θ' Il. γ'. 277. Similes quandoq; modos sed diversa tempora (sensu non exigente) ut ἔρχου καὶ ἴδε Joan. 11. 34. præsertim Indefinita; ut πώλησον καὶ δὸς Marc. 10. 21. Item similia tempora & diversos modos: ut ὅτι ἢ λοιδορεῖται ἢ ὑποκρίνει, ἢ παρακυλινδῆται, ἢ ἕλκῃ Æschin. in Timarch. ὡς μὲν ἂν εἰ ποιῆτε καὶ συνίητε Dem. Phil. 3. Nec simi-

lia tempora nec ſimiles modos; ut πάσας οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι οὐδ' ὀνομήνω Od. λ'. πράττε καὶ μὴ παύσαιο Lucian. Pſeudolog.

Conjunctiones *conditionales, cauſales, diſcretivæ, adverſativæ, potentiales* varios poſt ſe modos trahunt: quos ſequens exhibet tabella.

Ἂν *ſi* gaudet ſubjunctivo, interdum optativo & indicativo; ut ἂν θεὸς θέλῃ Dem. Phil. 4. ἂν ἐποιοῦμεν idem. Phil. 3. ἂν ἐθέλομεν Idem de Cherſon.

Ἄνπερ *ſi*, ἄντε *ſive* Sub. rarius Ind. ut ἄνπερ ἐξετάζητε Idem. Phil. 3. ἄντε μεῖζον ἄντ' ἔλαττον ᾖ idem ibidem. ἄντε πονηροῖς ἄντε ἀγαθοῖς γεγράφονται Lucian. Demonax.

Ἂν *Potentiale* (uti & κεν) addit verbo ſignificationem τοῦ δύνασθαι.

Ἂν *Indefinitum* dictionis, cui adhæret, ſignificationem vagam & indeterminatam relinquit: Utrumque fere omnibus modis inſervit.

Potentiale Opt. Ind. interdum Sub. & Inf. ut ἑλοίμην ἂν μᾶλλον ἀδικεῖσθαι ἢ ἀδικεῖν Plato. πάλαι μετενόησαν ἂν Matth. 11. 11. οὐκ ἂν οἷός τ' ἦ τοῖς θανοῦσιν ὁμοδεσμεῖν Alcidam. jungitur & Infinitivo; ἀντὶ πολλῶν ἂν χρημάτων ὑμᾶς ἑλέσθαι νομίζω Demoſth. Olynth. 1. Item participio; ut οὔτε ὄντα οὔτ' ἂν γενόμενα λογοποιοῦσι Thucyd. *Indefinitum* Sub. Ind. interdum Opt. ut ὃς ἂν ἀπολύσῃ Matth. 19. 9. τοὺς ἂν ἐγὼν ἐπιόψομαι Il. ι. 167. ἐτιμωροῦντο οὓς ἂν αἴσθοιντο δωροδοκοῦντας Demoſt. Reperitur cum Imperativo; ut οἴμωζε μακρὰ τ' ἂν Ariſtoph.

Ἅτε *quippe, eò quòd* Ind. Sub. ἅτ' ὄλωλε κράτος Laſcar. ἅτε δὴ ἢ τὸ φαυλότερον Plutarch.

Διὸ, διότι, ἐφ' ὃ, ἀνθ' ὅτου, ἐν ᾧ, ἐφ' ᾧ, ἐφ' ᾧγε, ἐφ' ᾧτε, ἐφ' ὅτῳ, ἀνθ' ὧν, δι' ὧν, ἐξ ὧν, ὑπὲρ ὧν, διὸ, ἐφ' οἷς, item τὸ pro διὸ *eò quòd* Ind. & Inf. poſtulant; ut διὸ μήτηρ ἀνδρὸς ἐκέκλητο Liban. διὸ καὶ κατάγειν τὸν Ἀλέξανδρον Dem. de fœdere Alex. ἐφ' ᾧ τοὺς ἄνδρας κομιοῦνται Thucyd. καταπίθησιν εἴκοσι μνᾶς ἐφ' ᾧ μὴ ἐργάζεσθαι Idem. Ex his quædam leguntur cum ſubjunctivo; ut διότι με πηδῆσαι διανοῇ Lucian. in dialog. deorum ἐποιήσατο ἐφ' ᾧτε ἐπαγάγῃ φρουράν Pauſan. Τῷ *idem.* ſolum Infinit. ut τῇ ὀργῇ περιπέπτωκα, τῷ πρῶτος εἰσιέναι Dem. Epiſt. 2. Ὃ idem Ind. ut χωσαμένη, ὅ οἱ οὔτι θαλύσια γουνῷ ἀλωῆς Οἰνεὺς ῥέξε Il. κ'. v. 530.

Εἰ vel *αἰ ſi* Ind. interdum Opt. rariùs Sub. ut εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ Matth. 4. 3. αἰ Λακεδαιμόνιοι ἔχοντι Thucyd. εἰ δύναιντο Act. 27. 39. αἴ τοι πεδώσαιμι &c. Theocrit. Idyll. 5. v. 20. εἰ καταλάβω Philip. 3. 12. αἰ δὲ λῇς Plutarch. Similiter compoſita εἴπερ, εἴγε *ſi*, εἴπως *ſi quo modo*, εἴποτε *ſiquando*, εἰ μὴ, εἰ μή γε, εἰ μή περ γε, εἴγε μὴ, εἰ μὴ ὅτι, ἐκτὸς εἰ μὴ *niſi*, εἴτι, εἴπου, εἰδέπου *ſicubi*; ut

ut εἴπερ συμπάσχομεν Rom. 8. 17. εἴπερ ἐκδήμων τυγχάνοι Heliodor. εἴπερ σε κατακτάνῃ Il. χ'. v. 86. Poetica εἴκε, εἰ δέκε, αἴκε Sub. interdum Opt. Ind. ut εἴκεν νῆας ἕλῃ Il. λ'. v. 115. εἴκεν Ἄρης οἴχοιτο Od. θ'. v. 353. εἴκεν πάντων ἀντήσομεν Od. π'. v. 254.

Ἐι καὶ (interdum καὶ εἰ) *quamvis*, Ind. quandoque Sub. rariùs Opt. ut εἰ καὶ μετεμελόμην 2 Cor. 7. 8. εἰ καὶ μηδὲν τις εἰρηκὼς εἴη Dem. Exord. conc. εἰ καὶ τυγχάνητε ἀγνοοῦντες διδάξω Idem ibidem.

Ἐίπερ *quamvis* Sub. rariùs Ind. ut εἴπερ γὰρ τε χόλον καταπέψῃ Il. α'. εἴπερ βλάπτεται μόνον Ariſtot.

Ἐίτε *ſive* Ind. Opt. interdum Sub. ut εἴτε οὖν ἐσθίετε εἴτε πίνετε 1 Cor. 10. 31. εἴτε γρηγορῶμεν εἴτε καθεύδωμεν 1 Theſſ. 5. 10. εἴτε γνώμην εἴτε σκέψαιο τὴν γλῶσσαν Lucian. de lapſu.

Ἕνεκα *eò quòd* Ind. ut μ' αἰνὸν Ἔχεν ἄχος ἕνεκα βροτοῦ ἀνέρος ἔμπεσον εὐνῇ Hom. hymn. in Vener. v. 199.

Ἐὰν *ſi* Sub. interdum Opt. rariùs Indicat. ut ἐὰν εἴπῃ ὁ δοῦλος Luc. 2.45. ἐὰν ὁ καιρὸς ἔλθοι Demoſth. de claſſibus, ἐὰν πλέονος ἄξιός ἐστι τῆς ζημίας Æſchin. in Timarch. ſic ἐὰν οἴδαμεν 1 Joan. 5. 5. Ἐὰν μὴ *quin*, ἐάντε *ſive* Sub. ut ἐὰν μὴ λάβῃ Marc. 10. 30. ἐάντε ἓν γίγνηται, ἐάντε πολλά Ariſtoph.

Ἐὰν interdum ponitur *indefinitè* pro ἂν cum Sub. rariùs Opt. ut ὅσα ἐὰν δήσητε Matth. 18. 18. εἰ ἐπῆρκε τὸ πρᾶγμα, τοῦτο ἐὰν πρὸς ὑμῶν γίγνοιτο Dem. Exord. concion.

Ἐπεὶ *quoniam*, *quandoquidem*, Ind. interdum Inf. Opt. ut &c. ut ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω Luc. 1. 34. ἐθαύμαζεν ἐπεὶ τοὺς μέγιστα φέροντας οὐ ταῦτα δοξάζειν ἀλλήλοις Xenoph. ἐπεί σφας ἴδοιεν προσορμήσαντας Xenoph.

Ἐπειδὰν *idem*, Ind. Sub. ἐπειδὰν ταῦτα ἐξήμαρτον Liban. ἐπειδὰν δεδογμένον ᾖ Demoſth. de falsâ legat.

Ἐπειδὴ, εἰδὴ *idem*. Ind. ut ἐπειδὴ φίλος μου παρεγένετο Luc. 11. 6. εἰδὴ ὁμοῦ πόλεμός τε δαμᾷ Il. α'.

Ἐπειὴ *idem*. Ind. ut ἐπειὴ πολὺ φέρτερόν ἐστι Il. α'.

Ἐπείπερ, ἐπειδήπερ *idem*. Ind. rariùs Optat. ut ἐπείπερ οὕτω κελεύεις Lucian. Mercur. & Char. ἐπειδήπερ πολλοὶ ἐπεχείρησαν Luc. 1. 1. ἐπείπερ ἡγήσαιντο μηδὲν θεοὺς διαλαθεῖν Xenoph.

Ἢν *ſi*, Sub. interdum Opt. rariùs Ind. ut ἢν ἐμὲ ἀποκλείητε Lucian. in Reviviſc. ἢν γνοίης idem de aſtrolog. οὐκ ἀπέχει τὸ κάλλος ἢν μὴ κεκόσμηται Idem pro Imag. ἤνπερ, ἤνπεργε, ἤνπως *ſiquidem*, ἤνπου *ſicubi* Sub. ut ἤνπερ γὰρ πόλεμόν γε φύγῃ Il. χ'. &c.

Ἵνα *ut* Sub. interdum Opt. rariùs Ind. rariſſimè Infinit. ut ἵνα πέσωσι Rom. 11. 11. ἵνα μοι δοθείη Eph. 6. 19. ἵνα χαριζόμενος ἐφαινόμην Dem. Exord. Concion. 29. ἵνα μὴ φυσιοῦσθε 1 Cor. 4. 6. ἐστι

μεθὸ ὅσω ἵν' ἡδὺ μὴ λίαν φρονεῖν Constant. ex can. 24. concil. Antioch.

Καίτοι *quamvis*, Ind. Opt. ut καίτοι ἐπλανήθην Lucian. Reviviſc. καίτοι πρὸ πολλοῦ ποιησάμενοι Iſocrat.

Καίπερ *idem*. Ind. καίπερ μέλαιναν ἔχεις τὴν τρίχα Theophraſt.

Κἂν *idem*, Sub. interdum Opt. rariùs Ind. ut κἂν ὑμεῖς μὴ πεισθῆτε Demoſth. Exord. Concion. 24. κἂν μηδὲν ὑπ' αὐτοῦ ἀγαθὸν πεπόνθοι Plato. κἂν ἐν τῇ γῇ μένουσι Lucian. Dial. Jovis & Junon.

Κἂν εἰ *idem*, Opt. Ind. ut κἂν εἰ διψῶσα τύχοι Lucian. in Dial. Meretr. κἂν εἰ ταῦτα πάντα ὑπῆρχε Demoſth.

Κἂν εἰ κἂν *ſive*, Sub. ut οἱ ἀστέρες κἂν εἰ μείζους κἂν ἐλάττους φαίνωνται Ariſtot.

Κἂν ὅτι *quamvis* Sub. ut κἂν ὅτι ἀκροποδητὶ ἑαυτὸν ἐπεγείρῃ Lucian. Imag.

Κε *potentiale*, Opt. Sub. rariùs Ind. ut καί κε τὸ βουλοίμην Il. β. ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται Il. α. καί νύ κεν ἀπώλεσεν ἰκόμην Od. ί.

Μόνον, μόνον εἰ *ſi modò*, μόνον μὴ, μόνον εἰ μὴ *modò non*, Opt. rariùs Ind. vel Sub. ut μόνον ὁ θεὸς ἀγαθῶν εἴη νομεὺς Syneſ. μόνον εἰ σώζηται Greg. μόνον εἰ μὴ ἔπραξαν Iſocrat. μόνον μὴ καταγνωσθῶσι Gregor. &c.

Ὅπου, ὅπουγε *quandoquidem* Ind. ut ὅπου ἄγγελοι οὐ φέρουσι 2 Pet. 2. 11. ὅπουγε ἐχρῶντο αὐτῇ οἱ ἰατροί Lucian. in lapſ.

Ὅπως *ut* Sub. interdum Ind. Opt. rariùs Inf. ut ὅπως πληρωθῇ Matth. 2. 23. πράττειν ὅπως παύσεται τῆς ὕβρεως Demoſth. Philip. 3. ἐς καλὸν μάχεσθαι ὅπως μὴ δοῦλος μέλλει γενήσεσθαι Xenoph. οὐ γένοιτ' ἂν ταῦθ' ὅπως οὐχ ὧδ' ἔχειν Soph. *quòd*, Ind. ut ἐγὼ δ', ὅπως σὺ μὴ λέγεις ὀρθῶς τάδε οὐ λέγω Idem.

Ὅσον *adeò ut*, Inf. Sub. ut ὅσον αὐτοῖς ἀπαντῆσαι Κλεόμβροτον Plutarch. ὅσον μὴ τεθνεὸν ἐνδεέστερον φαίνηται τῶν Ὀλυμπίων Lucian. in Aetione. ὅσα μὴ *niſi quòd*, Inf. ut ὅσα μὴ μισοτύραννος εἶναι Plutarch. παρ' ὅσον *eò quòd*, Ind. ut ἀρνοῦνται παρ' ὅσον δεδίασι δίκην δοῦναι Phalar.

Ὅτι *quòd, quoniam*, Ind. ſæpè etiam Opt. rariùs Sub. rariſſime Infin. ut ὅτι οὐδέποτε ἔγνων Matth. 7. 23. οὐδεὶς καυχήσαιτο ὅτι ἔχοι Æſchin. Epiſt. 4. λόγιον ἦν ὅτι τὴν Νῖνον οὐδεὶς ἕλῃ &c. Diodor. l. 2. θεωρῶ ὅτι μέλλειν ἔσεσθαι Act. 27.10. Μὴ ὅτι *etiamſi* Ind. ut τὴν γλῶσσαν δεῖ ὑπολαβεῖν ὥσπερ ἓν μόριον τῶν ἐξωτερικῶν εἶναι μὴ ὅτι ἐν τῷ σώματι σκεπάζεται Ariſtot. ὅτι μὴ *ne* Sub. ut φοβεῖται ὅτι μὴ πάντα πάθῃ Xenoph. Ὅτι interdum redundat; ut λέγεις ὅτι πλούσιός εἰμι Apoc. 3.17. *dicis, ſum dives*; non verò *Tu dicis quòd ego ſum dives*.

Ὄφρα *ut* Sub. rariùs Opt. vel Ind. ut ὄφρα τι εἴπω Od. μ'. ὄφρα

ἕως

ἔπ@ εἴποιμι ibidem. ὄφρα καὶ Ἕκτωρ Εἴσεται Il. θ'. Πλὴν *nisi*, *nisi quòd*, Ind. rariùs Inf. ut πλὴν χαίτην ἔχει Aristot. τί ἂν πράττοις, τὰ πάντα πλὴν δραπέτην μεταδιώκειν Lucian. Auct. Vit. πλὴν εἰ *idem* Ind. interdum Opt. Sub. ut πλὴν εἴ τις ἀπέχεται Plato. πλὴν εἰ λαμβάνοιμεν Nazian. πλὴν εἰ τοῦτό τις εἴπῃ Demosth. Epist. 4. πλὴν ὅτι *idem*, Ind. rariùs Opt. ut οὐδὲν διαφέρουσι πλὴν ὅτι ψήφισμα οὐ γράφουσι Aristoph. πλὴν ὅτι δεύτερ@ εἴη Plutarch. πλὴν ὅσον, πλὴν ὅσα, πλὴν παρόσον *idem* Ind. ut πλὴν ὅσον ηὐξάμην Synes. &c. Ex his quædam Inf. ut ἐσθιόντ@ γεγύμνωται πλὴν ὅσα τὴν γαστέρα ἐπικρύπτειν Lucian. Πλὴν ἂν, πλὴν ἂν μή, πλὴν ἐάν, πλὴν ἐὰν μὴ *idem*, Sub. ut πλὴν ἐὰν συμφέρῃ Isocrat. &c.

Ὡς *quòd*, Ind. interdum Opt. Sub. rariùs Infinit. ut ἔφησθα ὡς προδέδωκά σε Lucian. Timon. ἠκούσαμεν ὡς ἡ νῆσος εἴη τῶν Μακάρων Idem. ver. hist. l. 2. λέγουσιν ὡς δίκαιον ᾖ Euripid. in Heraclid. ὡς οὔτε καλὸν οὔθ' ὅσιον εἶ) Plutarch. Ὡς *ut*, Opt. Sub. Inf. rariùs Ind. ut δόξω ἡμαρτηκέναι ὡς ἀπολογίαν συγγράψαιμι Lucian. de lapsu. παραιτήσομαι, ὡς μὴ ἐκπέσῃ μοι τὸ σύγγραμμα &c. Idem ibidem. ἐξεδίωξέ με ὡς μηκέτι φέρειν idem in Judic. Vocal. δεῖ σαφῶς λέγειν ὡς συνήσουσιν οἱ ἀκούοντες idem in Jov. Trag. Ὥστε *ut*, *adeò ut* Inf. interdum Ind. ut ὥστε τοὺς ὄχλους θαυμάσαι Matth. 15. 34. ὥστε ἔδωκε Joan. 3. 16. εἰς τοῦτο ἀφῖχθε δυσμενείας ὥστε πρὸς Πέρσην ἀπεστάλκατε Demosth. litter. Philip. Utrumque simul modum; ut οὕτω εὐτελὴς ἦν ὥστε οὐκ οἶδα εἴ τις οὕτως ἐργάζοιτο ὥστε μὴ λαμβάνειν &c. Xenoph. Ὥστε *itaque* cum omnibus modis, ut ὥστε οὐκέτι εἰσὶ &c. Marc. 10. 8. ὥστε παρακαλεῖτε ἀλλήλους 1 Thes. 4. 18. ὥστε ἀπίωμεν Lucian. Nept. & Triton. &c.

Adverbia vel Conjunctiones similes plerumque modos cum aliis particulis ac seorsim adsciscunt, modò significatio non mutetur; ut ἄχρις *donec*, ἄχρις οὗ ἀνέστη βασιλεὺς Act. 7. 18. ἄχρις οὗ μορφωθῇ Galat. 4. 19. ἐπήνουν ἄχρι τοῦ ἐρυθριᾶν με Lucian. in Zeux. πρὶν *priusquam*, πρὶν ἢ συνελθεῖν Matth. 1. 18. πρὶν ἢ ἴδῃ τὸν χριστὸν Luc. 2. 26. πρὶν ἢ ὁ κατηγορούμεν@ ἔχοι &c. Act. 25. 16. πρὸν ἢ τῷ λιμῷ ἀποκτεῖναι Antiphon. &c.

Particulæ ἂν, & κεν aliis adjunctæ adverbiis vel conjunctionibus eosdem exigunt modos quos regunt solæ; ut εὖτε *quando*, εὖτ' ἂν πολλοὶ ὑφ' Ἕκτορ@ θνήσκοντες πίπτωσι Il. α. εὖτ' ἄν σε μελίφρων ὕπν@ ἀνείη Il. γ', ὡς *sicut*, *quamprimum*; ὡς ἂν ἐγὼ εἴπω πειθώμεθα Il. β'. ὡς ἂν ἔλθω 1 Cor 11. 34. ὥστε *adeò ut*; ὥστ' ἂν ἄχθοιντο εἰκότως Luciam de domo. &c.

Ἂν sæpius redundat; ut ὡς τρὶς ἂν παρ' ἀσπίδα Στῆναι θέλοιμ' ἂν μᾶλλον ἢ τεκεῖν ἅπαξ Euripid. τί δ' ἂν οἱ ἀγνοοῦντες ἔχοιεν ἂν εἰπεῖν Lucian. Halcyon. Non raro subauditur, præsertim in Optativo; ut οὐκ εἶχον ἔνθα δέξαιντο Lucian. Diog. & Crat. ἄρα ἀνάσχοιντο ἀποκηρύττοντα Idem in Abdicat. In Subjunctivo itidem ut τί ἂν ἀνέχωμαι ὑβριζομένη Lucian. meretr. 3.

Ἂν *potentiale* potest verbo præponi vel postponi: ἂν *indefinitum* postponitur.

Quædam Adverbia & Conjunctiones modis priùs descriptis junguntur in certâ significatione temporis.

1°. Adverbia.

Optandi adverbia, præcipuè αἴθε & εἴθε, ferè adsciscunt *in re præterita* Indicativum, *in re præsenti aut futurâ* Optativum; Sed affertur *in re præsenti* Indicat. ut εἴθε μοι λαβεῖν δυνατὸν ἦν Lucian. *in re preterita* Optat. ut εἴθε μὴ λάβοις ποτε Euripid. Adduntur hæc adverbia Optativis ob *vehementiam*: Indicativis ob *necessitatem*.

Hortandi adverbia junguntur frequentiùs primis personis Subjunctivi: secundis Imperativi.

Prohibendi adverbia, μὴ &c. gaudent præsenti & indefinitis omnium modorum, *in re præsenti* potiùs Imperativo vel Subjunctivo, *in præterita* Optativo, *in re futurâ* cæteris modis præterquam Indicat. οὐ pro μὴ non nisi futuro Indicativi.

Μὴ *nè fortè*, *in re præterita* amat Indicativum; *in præsenti* aut *futurâ* Subjunctivum interdum Optativum; præcedente verbo alicujus præteriti sæpius Optativum: quandoque futurum, perfectum, rariùs præsens Indicativi:

Μὴ post verba *timendi*, affirmat; ut δέδοικα μὴ ἀποπλανῶ Isocrat. μὴ οὐ (uti & ὡς οὐ) negat; ut δέδοικα μὴ οὐκ ἔχω τοσαύτην σοφίαν Xenoph.

Ἕως *donec* cum præsenti Subiunctivi: *quamdiu* cum imperfecto Indicativi.

Μέχρι *quamdiu* cum Imperfecto Indicativi.

Ὅτε, τότε perfectis vix adjunguntur.

Ὁπότε *in re præterita* Optat.

Οὐ μὴ cum futuris Indicativi.

Πρὶν cum præterito Indicativi: πρὶν ἂν *in re futurâ* Subjunct. *in re præteritâ* Optat.

2°. Conjunctiones.

Ἂν *potentiale*, *in re præsenti* vel *futurâ* desiderat Optativum; *in re præ-*

præteritâ (addit Gaza *in re præsenti* vel *futurâ*) Indicativum. Jungitur omnibus temporibus, rariùs perfecto; ut πάλαι ἂν ὀλώλατε Demosth. in Midiam. ἂν cum Infinitivo vel Participio non rarò significationem facit *rei futuræ* in præsenti vel indefinito.

Ἂν, ἐάν, ἢν *si*, *in re præteritâ* cum Indicativo; *in præsenti* Subjunct. Optat. itidem ferè κἄν.

Ἵνα, ὅπως, ὡς plerumque & ὄφρα *ut*; *in re præteritâ* amant Indicativum: in *re præsenti* & *futurâ* Subjunctivum; Indicativi potiùs futurum; interdum Optativum; præcedente autem verbo alicujus præteriti, sæpius Optativum. Ἵνα μὴ in *re præteritâ* Optativum, in *futurâ* Subjunctivum. Confunduntur tamen aliquando.

Participiis adjunguntur ex adverbiis ἅμα, μεταξύ; ex conjunctionibus sæpe καίτοι, sæpissimè καίπερ, item καὶ & περ seorsim, *quamvis*.

Per Indicativum multa Græcis, quæ Latinis per Subjunctivum vel Optativum efferuntur; ut οὐδὲν γὰρ οὕτω βραχὺ ὅπλον εἶχον ᾧ οὐκ ἐξικνοῦντο ἀμύλλων Xenoph. οὐκ ἐζήτουν ῥήτορα δι' ὅτου δουλεύσουσι Demosth.

Nomina indefinita ὃς, ὅστις, ὅσπερ, οἷος, ὁποῖος &c. adsciscunt communiter indicativum, elegantiùs sæpe optativum, quandoque subjunctivum; ut μακάριος, ὃς φάγεται Luc. 14. 15. ξυνίεσαν ὧν λέγοιμι Lucian. in fugitivis πυνθάνεται ὅστις ἐστὶν Æschin. epist. 4. οὐ συνίην ὅ, τι καὶ λέγοι Lucian. Pseudolog. ὅστις ἵκοιτο Hesiod. Theog. ὅστις οὖν ταπεινώσῃ Matth. 18. 4. (sic ὅστις ἀπαυρῇ Nicand.) ἠδίκει ὅσα κελεύοι, ἐκόλαζεν οὓς προστάττοι idem in Tyrannicid.

Regimen Præpositionum.

Præpositiones regunt casus, vel
- unum
  - Genitivum, ἐκ, πρὸ, ἀπὸ, ἀντί.
  - Dativum, ἐν, σύν.
  - Accusativum, εἰς.
- duos, Genitivum, vel Accusativum, διά.
- tres, Genitivum, Dativum, vel Accusativum, ἀμφὶ, ἀνά, ἐπὶ, κατά, μετά, παρά, περὶ, πρός, ὑπέρ, ὑπό.

Genitivo soli junguntur, ἐκ, πρό, ἀπό, ἀντί.

Ἐκ vel ἐξ *è* vel *ex*, γυνὴ ἐκ τοῦ ἀνδρός 1 Cor. 11. 12. *à* vel *ab*, ἐκ

νεότη-

νεότητ☉ Matth. 19. 20. ἐκ θεοῦ ἐστι Act. 5. 39. *extra*, ἐκ καπνοῦ κατῆλθεν Od. π'. v. 288. *à* vel *post*, ἐκ δείπνων ὕπν☉ Euripid. Hecub. (sic ἐκ δείπνου Joan. 13. 4.) ἄλλην ἐξ ἄλλης πόλεως ἀμείβεσθαι Plato. *à* vel *ad*, καθίσαι ἐκ δεξιῶν Marc. 10. 40. *pro*, ἐκ τῶν παρόντων ἐπαμῦναι Demosth. *propter*, ταραττόμεθα ἐκ τοῦ μηδὲν φροντίζειν Demosth. *ex*, *juxta*, ἐκ τῶν νόμων Æschin. *per*, ἐκ θαλάσσης Thucyd. ἐκ πίστεως ζήσεται Rom. 1. 17. *in*, τὸ ἐξ ὑμῶν Rom. 12. 18. *a* vel *de*, ἐξ ὀνόματ☉ εἰδέναι Steph. ἐκ τοῦ ὀνόματ☉ ἐκφιμώθη Theon. *absque*, Δίδυμ☉ ὁ ἐξ ὀμμάτων (i. e.) ὁ πηρωθεὶς Eustath. *ex*, *præ*, *cum*, *modum*, ἐκ ὃ μόγριο λαβεῖν ἀναιμαίνοντες Quint. Smyrn. l. δ'. v. 244. ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντ☉ vel ἐκ περιουσίας κρατεῖν Bud. Viger. ἐκ πάσης ἐπιμελείας &c.

In compositione significat *ex*, *extra*, ἐκβάλλω *ejicio* : *ab*, ἐξόμνυμι *abjuro* : *in*, ἐκφέρω (interdum) *infero* : *re*, ἐξωνέομαι *redimo*, ἐκκαλύπτω *revelo* : *abs*, *seorsim*, ἐξαρμόζω *sejungo* : *augmentum*, ἐκπρεπὴς *valdè decorus*, ἐξόφθαλμ☉ *eminentes habens oculos* : *contrarium*, ἐξαίσι☉ *infaustus* : Alias item inducit significationes, ἐξουσία *potentia*, ἔκδικ☉ *vindex*, ἐξορχοῦμαι *enuntio*, ἐξέχω *excello*, (interdum) *exorior*, &c.

Πρὸ *præ*, πρὸ θυρῶν Act. 5. 23. *præ*, *suprà*, πρὸ δούλου δεσπότης Proverb. *ante*, πρὸ νίκης ἐγκώμιον Proverb. *ante*, *ob*, πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχειν Plutarch. *pro*, μάχεσθαι πρό τε παίδων καὶ πρὸ γυναικῶν Il. θ'. v. 57. πρὸ Ἀχαιῶν ἄγγελ☉ Il. κ'. v. 286. πρὸ τῶν δὲ ἐρῶ Sophocl. *præ*, *propter*, πρὸ φόβοιο ἕλωρ δηΐοισι λίποιεν Il. ρ'. v. 667.

In compositione significat *præ*, προβάλλω *præpono*, προέχω *præcello* ; *pro*, προκαλίζω *provoco*, προδίδωμι *prodo* : *pro*, *vice*, προπράτωρ *venditoris institor* : *ante*, πρόμαχος *antesignanus* : *ante*, *sub*, προάστειον *suburbium* : *ex*, προέρχομαι *exeo* : *à* vel *ex*, πρόρριζ☉ *à radice avulsus* : *ad*, προϊκνέομαι *advenio* : *augmentum*, πρόδηλ☉ *valdè manifestus*, πρόπους *magnos habens pedes*. Alias inducit significationes προκόπτω *progredior*, προτρέπομαι *hortor*, προβάλλομαι *accuso*, &c.

Geminatur apud poetas ; ut προπρὸ ὀφθαλμῶν Apollon. l. 3. v. 453. προπροκυλίνδομαι Il. χ'. v. 221.

Ἀπὸ *à* vel *ab*, ἐξουσία ἀπὸ θεοῦ Rom. 13. 1. ἀπὸ παρθενίας Luc. 2. 36. *è* vel *ex*, ἀπὸ νεῶν μάχεσθαι Xenoph. ἔνδυμα ἀπὸ τειχῶν Matth. 3. 4. *de*, ἀπὸ πύργου καταπεσών Lucian. ἀπὸ τῶν σῶν ἀναλίσκω Isocr. *à*, *post*, ἀπὸ δείπνου Il. θ'. *absque*, ἢ ἀπ' ἀνδρὸς οὖσα Plutarch. *præ*, ἀπὸ χαρᾶς Luc. 24. 41. *propter*, οὐκ ἐδύνατο ἀπὸ τοῦ ὄχλου Luc. 19. 3.

per,

per, ἀπὸ παραγγέλσεως γίγνοιτο μᾶλλον ἢ ἀπὸ κήρυκος Xenoph. per, *spatium*, ἐξῆλθεν ἀπὸ σαδίων Apoc. 14. 20. *ad*, *circiter*, ἀπὸ τρίτης ὥρας Act. 2. 23. *pro*, ἀπὸ τῶν ὄντων εἰσενεγκεῖν χρήματα Plutarch. *ad*, *à*, ἀπὸ σημείου ἑνὸς ἐπιστρέψαι τὰς ναῦς Thucyd. *cum*, εἰς τὴν ἀπὸ τοῦ ξίφους μάχην ὥρμησαν Diodor. ἀπὸ γυμνῆς τῆς κεφαλῆς ἐμάχετο Lucian. Toxar. *de*, κρεμήσεται ἀπὸ τοῦ πώγωνος idem. *coram*, ἀπὸ προσώπου τῶν πατέρων Act. 7. 45. *procul*, *præter*, *contra*, (sæpius retracto accentu,) *procul*, μένων ἄπο ἧς ἀλόχοιο Il. ς'. v. 29. *præter*, ἄπο δόξης Constant. *contra*, αὐτῷ ἄπο θυμοῦ ἡ μέλαινα ψῆφος Themist. τοῦτο ἄπο γνώμης ἦν Julian. *relationem* vel *officium*, οἱ ἀφ᾽ αἵματος Philo. οἱ ἀπὸ βήματος Plutarch. *exemplum*, ἀπὸ προγόνων 2 Tim. 1. 3. *pretium*, σεφάνῳ ἀπὸ ταλάντων ἑξήκοντα Demosth. *sub persona*, Ὅμηρος ὡς ἀπὸ Φοίνικος λέγων πρὸς Ἀχιλλέα Tzetzes in Lycophr.

In composit. signif. *à*, *ab*, *abs*, ἀποστρέφω *averto*, ἀποβάλλω *abjicio*, ἀπέχω *abstinco*; *de*, ἀποβαίνω *descendo*: *ad*, ἀποδέχομαι *admitto*, ἀποδέω *adnecto*: *ex*, ἀποπτύω *expuo*: *extra*, ἀποσυνάγωγος *extra Synagogam ejectus*: *in*, ἀποβάπτω *intingo*, ἀποσκοπέω *in scopum intueor*: *procul*, ἀπόμαχος *procul pugnans*: *sursum*, ἀποβλέπω *suspicio*: *re*, *rursus*, ἀποκαθιστάνω *restituo*: *intro*, *inter*, ἀποφράττω *intersepio*, ἀποστέγω *intus cohibeo*: *contrarium*, ἀποκαλύπτω *revelo*, ἀπεύχομαι *imprecor*: *privationem*, ἀπόφημι *nego*, ἀπογίνομαι *morior*: *defectum*, ἀποζῶ *parcè vivere*: *exemplar*, ἀπογράφω *describo*: *augmentum*, ἀποτείνω *extendo*. Alias inducit significationes, ἀποκρίνομαι *respondeo*, ἀπαργυρίζω *argento mutuo*.

Ἀντὶ *pro*, ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ Matth. 5. 38. *præ*, ἀντὶ χρημάτων ἑλέσθαι τὴν δόξαν χρή Isocrat. *pro*, *instar*, ἀντί νυ πολλῶν λαῶν ἐστὶν ἀνήρ Il. ι. *pro*, *propter*, ἀντ᾽ ἀρετῆς τιμᾶσθαι Demosth. de corona. ἀντὶ τούτου Ephes. 5. 31. *contra*, ἀντ᾽ ἀνδρὸς ἴτω Il. υ. *super*, χάριν ἀντὶ χάριτος Joan. 1. 6.

In compos. signif. *contra*, ἀντίχριστος *antichristus*: *pro*, *instar*, ἀντίθεος *divinus*, *instar dei*: *pro*, *vice*, ἀνθύπατος *proconsul*, *ad*, ἀντέχομαι *adhæreo*: *in*, ἀντιπηδάω *insilio*: *ob*, ἀντικέλευθος *obvius*: *re*, ἀντασπάζομαι *resaluto*: *con*, ἀντιπίμπρημι *concremo*: *pro*, ἀνταγωνιστὴς τῶν σῶν *defensor rerum tuarum* Isocrat. *vicissim*, ἀντιπελαργεῖν *vicem amoris rependere*: *è regione*, ἀντιπαρέρχομαι *è regione transeo*; *augmentum*, ἀντίπαις *puer adultus*: *pretium*, ἀντικτάομαι *pecunia emo*. Alias inducit significationes ἀντιποιέομαι *vendico* &c.

Dativo soli ἐν, σύν.

Ἐν *in*, ἐν λιμένι πλεῖν Proverb. *in*, *ad*, ἐλθεῖν ἐν Ἑλλάδι Xenoph. (sic

(sic ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ Luc. 7. 17.) *inter*, ὄνος ἐν μελίτταις Proverb. *intra*, ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἀποθνήσκουσι Hippocrat. *super*, εἰν ἐλεοῖσιν ἔθηκε Il. ι. v. 215. *ad* vel *circa*, ἐν Μαντινείᾳ ἡττημένος Xenoph. *usque ad*, ἐν χρῷ κουρᾶς Lucian. *contra*, ἐν ἐμοὶ θρασύς Sophocl. *penes*, ἐν θεῷ τέλος Demosth. *ab*, ἐν τῷ ὤμῳ τὴν χεῖρα ἀποτεμὼν Herodot. *abs*, ἐν σοὶ ἐσμέν Sophocl. *apud*, ἐν ἑαυτῷ εἶναι Lucian. *apud*, *propè*, ἀγορὴν ποιήσατο ποταμῷ ἐνὶ δινήεντι Il. θ. v. 489. *cum*, ἐν πέλταις καὶ ἀκοντίοις Xenoph. Sic πρώτη ἐντολὴ ἐν ἐπαγγελίᾳ Ephes. 6. 2. *pro*, *vice*, ἐν φαρμάκῳ ἐστὶ Steph. *pro*, *pretio*, ἐν τοῖν δυοῖν ὀβολοῖν θεωρεῖν Demosth. de corona. *à*, ἐν πολλῷ χρόνῳ Plato. *coram*, ἐν μάρτυσι τῶν Ἑλλήνων πλέον ἢ τρισμυρίοις Plato. τὰ ἐν ποσὶν Οὐκ ἐξικμάζω Eurip. *per*, ἐν τούτοις τοῖς νομοθέταις μὴ θέσθαι νόμον μηδένα Demosth. Olynth. 3. *inter*, διελογίζοντο ἐν ἑαυτοῖς Matth. 16. 7. Vim omnium præpositionum habet in S S. literis per Hebraiſmum: *erga*, ὀργὴ ἐν τῷ λαῷ Luc. 21. 23. *propter*, ἐν πολυλογίᾳ εἰσακουσθήσονται Matth. 6. 7. *ad*, *apud*, ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ ἐστι Rom. 8. 34. *ad*, *secundùm*, ἐν τῷ ὑποδείγματι Heb. 4. 11. *per*, ἐν τῷ υἱῷ ἐλάλησεν ἡμῖν Heb. 1. 1. *per*, in jurando; ἐν τῷ οὐρανῷ Matth. 5. 34. *de*, ἐν Ἠλίᾳ Rom. 11. 2.

In compoſitione ſignificat *in*, ἔνειμι *inſum*, ἐμβάλλω *injicio*: *ad*, ἐγκαταλέγω *accenſeo*: *intus*, ἐναποκλείω *intus includo*: *in*, *contra*, ἐγκλάω *infringo*, *refragor*: *inter*, ἐνανθρωπίζω *inter homines verſor*: *augmentum*, ἐμβοάω *clamorem attollo*: *defectum*, ἐλλείπω *deficio*. Alias inducit ſignificationes, ἐντρέπομαι *revereor*, ἐνδίδωμι *cedo*, ἐμφορέομαι *ſatior*: Affertur ad Euſtathio cum accuſativo; ut ἐν ταῦτα, vel potiùs in compoſitione ἐνταῦθα.

Σὺν *cum*, σὺν θεῷ Plato. *in*, φεύγωμεν σὺν νηυσὶ Il. β'. *ſecundùm*, σὺν τῷ νόμῳ Xenoph. *præter*, σὺν πᾶσι τούτοις Luc. 24. 21. *ad*, *tempus*, ἤλυθες---τρίτῃ σὺν νυκτὶ καὶ ἠοῖ Theocrit. *poſt*, εἰ γάρ μ' ἀπώσῃς σὺν κακῷ μέτει πάλιν Soph. Affertur etiam *ad*, πορεύσομαι σὺν ἀγῶνι Antipho. σὺν πατρίδι βαίη Favorinus.

In comp. ſignificat. *con*, σύνδουλος *conſervus*: *ſimul*, σύνδυο, συνάμφω: *in*, συγγινώσκω *ignoſco*; *augmentum*, συντελῶ *perfectè abſolvo*. Aliam inducit ſignificationem συνοξὺς *ſenſim acuminatus*, συνίστημι *commendo*; &c.

Accuſativo ſoli εἰς.

Εἰς *in*, ἐκ πυρὸς εἰς φλόγα Proverb. ἰδὼν ἐς πλησίον Il. γ'. *ad*, ὗς εἰς κύλισμα 2 Pet. 2. 12. *in*, *ſuper*, εἰς ὕδωρ γράφω Proverb. *in*, *contra*, εἰς ἱερὸν πλημμελεῖν Demoſth. *in*, *erga*, εἰς ἐμὲ εὔνοια Xenoph. *uſque*

usque ad, εἰς ἠέλιον καταδύντα Δαίνυνται, Il. α´. 601. *versus*, εἰς Βορέην τετανυσμένος Dionys. *post*, εἰς νέωτα ἐκτίσει Lucian. ver. hist. l. 2. *intra*, ἀποσώθησαν εἰς τὸ στρατόπεδον Polyb. εἰς ἕκτην ἡμέραν πραχθήσεται Æschin. *circiter*, εἰς τετρακοσίους ἐγένοντο συνωμόται Pausan. *circa*, *ad*, οἱ εἰς Ἴστρον στρατιῶται Zosimus, l. 4. εἰς ἑσπέραν Aristoph. *propter*, ἐπαινεῖται εἰς τὸ κάλλος Lucian. in Reviv. *apud*, εἰς ἅπαντας γνώριμαν Thucyd. *quoad*, θεαῖς εἰς ὦπα ἔοικε Il. γ´. *per*, in numerando εἰς τέσσαρας ἔρχεται ὁ λόγος Xenoph. *per*, in jurando, εἰς Ἱεροσόλυμα Matth. 5. 35. *per*, *tempus*, μεῖνα τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτόν Od. ξ´. v. 292. *inter*, εἰς τοὺς ἥρωας κατελέγη Lucian. in Scythâ. In inscriptionibus, *in vituperium* vel *in laudem*; εἰς Ἀσώτους Epigr. ὕμνος εἰς Ἀπόλλωνα Homer. *de*, εἰς Χριστὸν λέγω Ephes. 5. 32. *in*, εἰς ἐκκλησίαν καθέζομαι Xenoph. (sic εἰς κοίτην εἰσὶ Luc. 11.7.) *pro*, εἰς ἐλάχιστον *pro minimo*, 1 Cor. 4. 3. *more*. τὰς τρίχας εὐθετίζει εἰς τὸ ἐπιεικόν Lucian.

In compositione significat *in*, εἰσάλλομαι insilio, εἰσφέρω *inficio*; *ad*, εἰσπλέω *adnavigo*, *intra* vel *intro*, εἰσαγωγὴ *introductio*; *ex*, εἰσακούω *exaudio*. Aliam inducit significationem, εἰσπωγία *vectigal*, &c.

Genitivo vel Accusativo διά.

Διὰ cum Genitivo: *per*, διὰ ἁμαρτίας ὁ θάνατος Rom. 5. 12. *per*, *in jurando*, διὰ πυρὸς ὀμνύειν Demosth. *per*, *à*, διὰ τοῦ πνεύματος 1 Cor. 12. 8. *cum*, διὰ μέλανος γράψαι 3. Joan. v. 13. *post*, διὰ δυεῖν ἡμερῶν Dioscor. sic δι' ἡμερῶν Marc. 2. 1. *propter*, δι' ἡμῶν ἀνθρωπότητα ὁ θεός ὑπέστη Nazianz. sic δι' ὧν 2 Pet. 1. 4. *in* (cum ablativo) ἡ κύρωσις τῆς ῥητορικῆς διὰ λόγων ἐστι Plato. *in*, *præ*, διὰ χειρῶν ἔχουσι τὴν πολιτείαν Aristot. *in* (cum accusativo,) ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ Act. 3. 16. *in*, *ad*, διὰ λόγων ἐλθεῖν Plutarch. διὰ μάχης ἰέναι Thucyd. *inter*, ἔπρεπε καὶ διὰ πάντων Il. μ´. v. 104. *pro*, δι' οὐδενὸς ποιεῖν Sophocl. *ad*, κατέδυσε διὰ τριπόδων Hom. hymn. in Apoll. v. 443. *usque ad* διὰ τέλους Isocrat. *ex*, βρώματα διὰ γάλακτος καὶ μέλιτος γινόμενα Athen. sic διὰ τοῦ στόματος Matth. 4. 4. *alternationem*, διὰ τρίτης Lucian. διὰ χειρὸς λέγειν Æschyl.

Cum accusativo: *propter*, τὸ σάββατον διὰ τὸν ἄνθρωπον Marc. 2. 27. *per*, διὰ τοὺς θεοὺς ἐσθίω Demosth. sic διὰ τὸ αἷμα Apocal. 12. 11. *in*, νόμοι δι' αἰθέρα τεκνωθέντες Soph. in Tyranno. *contra*, δι' Ἀθηναίους μῖσος εἶχε Thucyd. *inter*, φύγης διὰ πέτρας Apollon. l. 2. v. 422.

In compositione significat *di* vel *dis* διαφωνέω *dissono*; *per*, διαμένω *permaneo*; *trans*, διέρχομαι *transeo*; *de*, διαγράφω *describo*; *circum*

circum, διαδέω *circumligo*, *ex*, vel *post*, διαδέχομαι *excipio*; *ob* vel *contra*, διαβάλλω *obtrecto*; *distinctionem*, διάχρυσος *auro intertextus*; *augmentum*, διαπρεπὴς *valdè decorus*; *diminutionem*, διαμειδιάω *subrideo*; *immorationem*, διαβουλεύομαι *delibero*, διαγίνομαι *persevero*: *more*, διευριπίζω *more Euripi reciprocor*. Alias inducit significationes, διάψαλμα *pausa inter cantandum*, διαφέρω *excello* &c.

Genitivo, Dativo, vel Accusativo junguntur, ἀμφὶ, ἀνὰ, ἐπὶ, κατὰ, μετὰ, παρὰ, περὶ, πρὸς, ὑπὲρ, ὑπό.

Ἀμφὶ cum Genitivo; *de*, ἀμφὶ ἀστέρων γραφή Lucian. *circa*, ἀμφὶ πόλιος οἰκέουσι Herodot. *propter*, μάχεσθον Πίδακος ἀμφ' ὀλίγης Il. π'. v. 825. *per*, *in obtestando*. Φοίβου ἀμφι—Λίσσομαι Apollon. l. 2. v. 216. *supra*, ἀμφὶ πόνου ὁ πόνος Herodot. *ad*, ἀμφὶ ἢ πυγμαχίης ὦρτο θένος Ἰδομενῆος Quint Smyrn. l. δ'. v. 284.

Cum Dativo, ferè apud poetas: *circum*, *circa*, ἀμφὶ δέ σοι *valium* Il. π'. v. 235. ἀμφ' ὤμοις βάλετο ξίφος Il. λ'. v. 29. *de*, ἀμφὶ τῷ θανάτῳ αὐτῆς ἐκφέρεται λόγος Herodot. *pro*, ἀμφ' Ἑλένῃ καὶ κτήμασι πᾶσι μάχεσθαι Il. γ'. v. 70. *pro*, *propter*, ἀμφ' Ὀδυσῆϊ δαΐφρονι δαίεται ἦτορ Od. α'. v. 48. *prope*, ἤειπεν ἀμφ' αὐτῷ Il. δ'. v. 493. *apud*, *cum*, Τεῦκρον ἀμφί σοι λείψω Sophocl. *per*, ἀμφὶ κλίμακι κατῄιον Quint. Smyrn. l. ιγ'. v. 54. *per*, *a*, εἵλετο ἀξίνην ἢ ἐλαΐνῳ ἀμφὶ πελέκκῳ Il. ν' v. 612. *contra*, λόγους ἀνέσπα, τοὺς μὲν Ἀτρειδῶν κάτα, Τοὺς δ' ἀμφ' Ὀδυσσεῖ Sophocl. *post*, ἀμφὶ δ' ἄρ αὐτῷ Ἄλλοι ἕποντο Quint. Smyrn. ιγ'. v. 49. *inter*, ἀμφὶ σφίσι πένθος ὄρωρε idem. l. α'. v. 16. *super*, κάββαλεν ἄνδρα κατὰ χθονὸς, ἀμφὶ δ' ἄρ αὐτῷ ἕζετο idem. l. δ'. v. 230. *cum*, πεπαρμένον ἀμφ' ὀνύχεσσι Hesiod.

Cum Accusativo: *circa*, ἀγρόμενοι Ἰαρδάνου ἀμφὶ ῥέεθρα Il. η'. v. 135. *circa*, *commorationem*, ἀμφὶ δεῖπνον ἔχω Xen. *circiter*, ἀπέθανον ἀμφὶ τοὺς μυρίους idem. *prope*, *juxta*, ἀμφὶ ἢ καυλὸν Φάσγανον ἐρραίσθη Il. π'. v. 338. *propter*, *de*, νεῖκος ἐτύχθη Ἀμφὶ βοηλασίην Il. λ'. v. 671. *ad*, ἀμφ' ἅλα ἔλσαι Ἀχαιοὺς Il. α'. v. 409. *ad*, *relationem* τὰ ἀμφὶ τὸ ἄριστον Thucyd. *de*, νόμους τοὺς ἀμφὶ θυσίαν κατασταθέντας Halacarn. l. 7. *cum*, ἐελδόμενος πονέεσθαι ἀμφ' Αἴαντα πελώριον, Quint. Smyrn. l. δ'. v. 264. *inter*, ἀμφὶ νεκροὺς Idem. l. γ'. v. 93.

In compositione significat, *circum*, ἀμφιβάλλω *circumjicio*; *utrinque* ἀμφίστομος *anceps*, ἀμφίβολος *ambiguus*; *augmentum*, ἀμφῆλιξ *adultus*; *diminutionem*, ἀμφίλυκος *sublustris*; Aliam inducit significationem, ἀμφιπονέω *consumo* &c.

Ἀνὰ cum Genitivo rarius; *circum*, ἕλεν δ' Ὀρυθάονα δῖον ἀνὰ κροτάφοιο τυχήσας Quint. Smyrn. l. γ'. v. 150. 151.

Cum Dativo apud poetas; *cum*, χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ Il. α'. *in*, 135.

55. ἀνὰ χερσὶν ἑλοῦσα Hom. hymn. in Apoll. v. 318. ἀνὰ μέσῳ Constant. *super*, ἔνθε πατὴρ ἀνὰ Γαργάρῳ ἄκρῳ Il. ξ'. v. 352.

Cum Accus. *per*, ἀνὰ στρατὸν Il. ά. v. 10. sic ἀνὰ μέσον Marc. 7. 31. *in numerando*, στρατιώτας ἐξιέναι κελεύει, ἀνὰ πέντε Viger. *per*, ἐλαύνας τὸν ἵππον ἀνὰ κράτος Halic. *circa*, ποιμαίνοντα μάλιστα ἀνὰ ... Il. ξ'. v. 155. *in*, οἱ τὰ μὲν λόγια τοῦ θεοῦ ἀνὰ στόμα ἔχουσι Clemens Alexand. sic ἀνὰ μέσον ἔσπειρε Matth. 13. 25. *inter*, συνο-... ἀνὰ πρώτους Xiphilin. sic διακρῖναι ἀνὰ μέσον τοῦ ἀδελφοῦ 1 Cor. 6.5. *contra*, ἀνὰ ποταμὸν διεκόμισαν Halicarn. *ad*, *in*, Ἕκτορος ὠκέες ἵπποι Ἦλθον ἀν' ἰωχμὸν Il. θ'. v. 89. προφθῆναι ἀν' Ἑλλάδα Od. ό. v. 80. *ad*, *secundum*, ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον Clemens Alexand. *super*, θῆκεν ἀνὰ μυελὴν Il. κ'. v. 466. *apud*, *prope*, μνήσασθε ἢ θοῦριδος ἀλκῆς Νῆας ἀνὰ γλαφυρὰς Il. δ. vers. 488. *progressum* & *vicissitudinem temporis*, ... ἀνὰ χρόνον ἀπηρέθησαν Dionys. Halic. ἀνὰ μίαν 2 Regum cap. 6. Significat etiam (sine casu plerumque) *circiter*, ἀνὰ μετρητὰς δύο Joan. 2. 6. *sigillatim* vel *singuli*, ἔλαβον ἀνὰ δηνάριον Matth. 20. 9. *distributionem æqualium* (præcipue apud medicos,) κινναμώμου καὶ νάρδου ἀνὰ οὐγκίαν μίαν Viger.

In compositione signif. *re retro*, ἀνατρέχω *recurro*; *re*, *rursus*, *sursum*, ἀνάστασις *resurrectio*; *re*, *rursus*, *deorsum*, ἀναπίπτω *recido*; *re*, *seorsim*, ἀναχωρέω *recedo*; *re*, *contra*, ἀνανεύω *renuo*; *ad*, ἀνάκειμαι *accumbo*; *ad*, *sursum*, ἀναβαίνω *ascendo*; *è*, *ex*, ἀναδύω *emergo*, ἀναθλίβω *exprimo*; *ab*, *abs*, ἀνακλύζω *abluo*; *dis*, *di*, ἀνακρίνω *dijudico*; *per*, ἀναμένω *permaneo*; *sub*, ἀνάγαιος *subterraneus*; *sub*, *clam*, ἀναρπάζω *surripio*; *sub*, *vice*, ἀνάδοχος *susceptor*, *fidejussor*: *in*, *intro*, ἀναγωγὴ *introductio*. Alias inducit significationes, ἀναγινώσκω *lego*, ἀναδύομαι *recuso*, ἀνάλογος *ejusdem rationis*, ἀναιρῶ *interficio*; interdum *respondeo*, ἀναβάλλομαι interdum *incipio*.

Ἐπὶ cum Genitivo: *super*, ἐφ' ἵππου περιῆγον αὐτόν Xen. *supra*, ὁ ἐπὶ πάντων Rom. 9. 5. *in* (cum ablativo,) βοῦς ἐπὶ γλώττης Proverb. (cum accusativo,) ἄγειν ἐπὶ φάλαγγος Xenoph. *penès*, ἐπὶ ... ἐστὶ Demosth. *ad*, ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου Thucyd. ἐπὶ σκοποῦ ... Lucian. emp. librorum. *coram*, ἐπὶ τοῦ βήματος Act. 25. 10. *apud*, *cum*, ἀεὶ ἐπ' ἐμαυτοῦ λέγω Lucian. Rhet. sic εὔχεσθε Σιγῇ ἐφ' ὑμείων Il. η'. v. 195. *juxta*, ἐπὶ τῆς θαλάσσης Joan. 21. 1. *versus*, ἐπὶ Αἰγύπτου ῥέειν Thucyd. *contra*, ἐπὶ Θρᾴκης στρατείαν παρασκευάζεται idem. *erga*, ἐπὶ τῶν δεομένων χρηστός Chrysost. *de*, ἐπὶ παιδὸς λέγων Plato. *per*, κἀντεῦθεν ἐπὶ Θρᾴκης ἐχώρει Zosimus. *per*, *in numerando*, ἐπὶ τριῶν, ἐπὶ τεσσάρων τάττεσθαι Viger. *per*, *tempus*, ἐφ' ... ἡμέρας idem. *per*, *in obtestando*, πιστεῖς δοὺς ἐπὶ θεῶν Halicarn.

l. 5. *per, ex,* οὐδὲν ἐμὲ δεῖ ἐπ' ἐμαυτοῦ λέγειν Halicarn. *propter,* ἐφ' ἡδονῇ πάντα ποιοῦντες Xenoph. *intra,* ἐπὶ νύκτας ἔσαν ἕκαστοι Quint. l. δ'. v. 506. *præ, ex,* μόνη τῇ πόλει ὡς κυρίως ἄν τις φαίη συμβῆναι ἐπὶ τῶν Ἑλληνικῶν Aristid. Paneth. *post,* τοῦ ὑπασπιστὰς διαβαίνειν ἐκέλευσεν ἐπὶ τούτων τὰς τάξεις τῶν Μακεδόνων Arrian. *more,* ἐπὶ Μανδραβούλου χωρεῖ τὸ πρᾶγμα Lucian. *ab, officium,* ὁ ἐπὶ τῶν ἱππέων Demosth. pro coronâ. sic ὁ ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος Act. 12.20. *tempore,* ἐπὶ Κρόνου Lucian. Rhetorum magist. sic ἐπὶ Ἐλισσαίου Luc. 4.27.

Cum Dativo: *super,* ἐπὶ χθονὶ Il. α'. v. 88. *supra,* νεκροὶ τετρακόσιοι ἐπὶ χιλίοις Plutarch. *in,* μέτρον ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον Pythagor. *in potestate,* ἐπὶ τῷ βασιλεῖ τὰ τῶν ὑπηκόων Plato. 2. de repub. *in, ad,* βαῖνον ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης Il. ά. v. 437. *in,* cum significatione *successionis,* βασιλεῖς ἐπὶ πᾶσι τελευτήσαντες Herodi. τεθνήξεσθε ἐπ' ἐμοὶ κληρονόμου Lucian. *ad,* ἐπ' εὐδοξίᾳ ὁδὸς Xenoph. *propter,* ταῦτα ποιεῖν ἐπὶ τῷ κέρδει idem. *propter, ad,* κτισθέντες ἐπὶ τοῖς ἔργοις ἀγαθοῖς Ephes. 2. 10. *post,* ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει Od. ή. v. 120. *pro,* ἐπὶ πολλῷ ἐπειράθην Lucian. *contra,* πολλὰ οἱ μαστρωποὶ ἐπὶ τοῖς νέοις μηχανῶνται idem. sic τρεῖς ἐπὶ δυσὶ καὶ δύο ἐπὶ τρισί Luc. 12. 52. *juxta,* ὁδῷ ἔπι οἰκία ναίων Il. ζ'. v. 15. *apud,* ὀλέσῃ πολέας ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν Il. ϐ'. v. 3. *cum,* παλλακὴν ἔδωκεν αὐτῷ γυναῖκα ἐπὶ προικί Liban. *cum, præter,* ὅπως κάρδαμον ἐσθίωσιν ἐπὶ τῷ σίτῳ Xenoph. *coram,* ἐπὶ τοῖς βασιλεῦσι Apoc. 10.11. *ex,* ἐπὶ νόῳ γίγνεται Plato. *à, ex,* ἐπὶ τῷ ῥήματί σου χαλάσω τὸ δίκτυον Luc. 5. 5. *præ, ad,* ἐπὶ Πριάμοιο θύρῃσι Il. ϐ'. v. 788. *per,* ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος Act. 3.16. *per, tempus,* ἐπὶ τρισὶν ἔτεσιν ἐπολιόρκησε τὴν Σαμάρειαν Zonaras. *sub,* μυθολογοῦσιν ὡς ἐπὶ ταύτῃ (πλατάνῳ) ἐμίγη τῇ Εὐρώπῃ Ζεὺς Theophrast. *de,* ἐπὶ βελτίονι λόγῳ ἀποπεμπόμενος Thucyd. ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Luc. 1. 59. *de nomine,* Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ κληθεῖσαν πόλιν Herodian. *ab,* ἐπὶ Τρώεσσιν ἀλεξήσειν κακὸν ἦμαρ Il. ύ. v. 315. *tempore,* ἐγένετο Ἀλκμαίων ἐπὶ γέροντι Πυθαγόρᾳ Aristot. νῦν δείξαιτο ἐπὶ τῷ ἐμῷ ὕδατι Demosth. pro coronâ. *reatum,* κακοῦργος ὁ ἐπὶ θανάτῳ idem.

Cum Accusativo: *super,* ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ τὸν ὄνον Matth. 21. 5. *supra,* ῥὶς ἐπὶ χείλη Theocrit. *ad,* ἐπὶ ἴδιον ἐξέραμα ὁ κύων Proverb. ἤγγικεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία Luc. 10. 9. *ad, apud,* καθίζεσθε ἐπὶ τὴν ἑστίαν Thucyd. sic καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον Matth. 9.9. *ad, versus,* ἐπιστρέψαι ἐπὶ τὸ δόρυ Polyb. ἐπ' ἀντολίην Dionys. v. 222. *ad, circiter,* μεῖναι τ' ἐπὶ χρόνον Il. ϐ'. v. 299. sic ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐννάτην Act. 3. 1. *ad, intra,* ὅσον ὁλκὰς ἐπὶ τρίτον ἦμαρ ἀνύσσῃ Dionys. v. 155. *usq; ad,* νοσήσαντα ἐπὶ θάνατον Dion. 10. *contra,* ἐπὶ τὰς ἡδονὰς στρατεύεσθαι δεῖ Lucian. sic ἐφ' ἑαυτὴν Luc. 11. 17. *in,* (cum accu-

accusat.) πεποιθότες ἐπὶ κύριον Psalm. 125. v. 1. ἐπὶ τὸ χεῖρον ἅπαντα ὑπολαμβάνειν Aristot. *in, super*, βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ Luc. 1.33. *sub*, ἐπὶ τὴν ἕω Thucyd. sic ἐπὶ τὴν αὔριον Luc. 10.35. τὴν πόλιν ἐφ' ἑαυτὸν ποιήσασθαι Viger. *propter*, ἐπὶ σὲ ἀλγῶ 1 Sam. 9. ἐπὶ ἔργον ἴτω Od. γ'. v.421. *inter*, εὔχλειαν τ' ἀρετή τε εἴη ἐπ' ἀνθρώπους Od. γ'. v. 403. *per*, βῆ φάζων ἐπὶ πόντον Il. ζ. v. 665. *per*, *in jurando*, ἐπὶ Στυγὸς ὄμβριμον ὕδωρ Hom. hymn. in Mercur. v. 516. *a*, *in*, αὐτὴν ἐπ' ἀστὴρ ἔχοντες Od. γ'. v. 101. χέλυν ἐπ' ἀριστερὰ χειρὸς ἐέργων Hymn. in Merc, 153.

In compositione significat *in*, ἔπειμι *insum*, ἐπιφέρω *infero*: *in*, *super*, ἐπιγραφὴ *inscriptio*: *in*, *contra*, ἐπαράομαι *imprecor*: *ad*, ἐπάδω *uccino*: *super*, ἐπιβιόω *supervivo*: *post*, ἐπιμηθεύομαι *post factum consulo*: *præ* vel *super*, ἐφίστημι *præficio*: *prope*, ἐπίτοκος *vicina partui*: *re*, ἐπισκευάζω *reficio*: *sub*, ἐπιμαστίδιος *puer sub mammis*, *proclivitatem*, ἐπίνοσος *morbis obnoxius*; *augmentum*, ἐπίδηλος *valde manifestus*: *diminutionem*, ἐπιψαύω *leviter attingo*: *sesqui*, ἐπόγδοος *sesquioctavus*: *contrarium*, ἐπιορκέω *pejero*: Alias inducit significationes ἐπιτιμάω *reprehendo*, ἐπιτρέπω *permitto*, ἐπιδίδωμι (sæpe) *cresco*.

Κατὰ cum Genitivo: *contra*, κατὰ Χριστοῦ Psalm. 2. 2. *de*, κατὰ τοῦ Θεοῦ 1 Cor. 15.15. *de*, *deorsum*, κατὰ πετρῶν ῥίπτειν Plutarch. *e* vel *ex*, κατὰ τοῦ τείχους καταχρεμάσας Herodot. κατὰ πίδακος ὕδωρ κατείβετο Quint. Smyrn. l. 2. v. 576. *in*, (cum ablativo) ἀφανῆ τὰ καθ' ὕδατος διαιτώμενα Lucian. *in*, *super*, κατὰ γῆς πίπτειν Halicar. sic κατὰ τῆς κεφαλῆς Marc. 14. 3. *in*, *ad*, κατὰ σκοποῦ τοξεύειν Herodian. sic ἡ κατὰ βάθους πτωχεία 2 Cor. 8. 2. *per*, εἰσι κατ' ἔργον Od. ζ'. v. 102. (sic καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας Luc. 23.5.) *per*, *in jurando*, κατὰ κυνῶν καὶ χηνῶν ὀμνύουσι Lucian. sic καθ' ἑαυτοῦ ὤμοσε Heb. 6. 13. *sub*, ἔδυ κατὰ γῆς Lucian. *ad*, πόδας ἐφρίγγεν κατὰ γαστέρος Hom. Batrachom. v. 81. *circa*, κατ' ὀφθαλμῶν κέχυτ' ἀχλύς Od. π'. 344. *a* vel *post*, κατὰ νώτου γινόμενοι Halicarn. *tempore*, κατὰ Λυσίου Hermog.

Cum Dativo apud poetas: *a*, *ab*, κατὰ δέ σφι κελαινὸν Αἷμ' ἀπελείβετ' ἔραζε Hesiod. *in*, *intra*, κατὰ συφεοῖσιν ἔεργνυ Od. κ'. v. 238. *inter*, τὰ μὲν δασσάμενοι κατὰ σφίσι Apollon. l. 3. v.908.

Cum Accusativo: *secundum*, κατὰ Ματθαῖον *secundum*, *ad*, κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος Colos. 3. 10. *secundum*, *more*, κατ' Εἰλειθυῖαν ὠδίνεταί σε Lucian. *secundum*, *pro*, κατὰ δύναμιν Plato. *circa*, κατὰ στῆθος πεπρῆσθαι Il. ξ'. v. 180. *circa*, *immorationem*, οἱ κατὰ μουσικὴν Plato. *circiter*, καὶ ἐννεακόσια ἔτη Constant. *prope*, Κορίνθιοι κατὰ τοὺς Ἀθηναίους ναῦς εἶχον Thucyd. sic ἀκρότατον κατὰ χαλκὸν Il. η'. v. 164.

v. 246. *apud*, καθ' ἑαυτοὺς ἀναλογιζόμενοι Herodian. sic τῶν κατ' Ἰουδαίους ἐθῶν Act. 26. 3. *ad*, ἴκοντο κατὰ στρατόν Il. α'. v. 484. sic ἦλθε κατ' αὐτόν Luc. 10. 33. *ad*, *versus*, κατὰ Βορέαν ἑστηκώς Thucyd. *in*. (cum ablativo) κατ' ὄναρ Matth. 1. 20. *in*, (cum accusativo) καθ' ἕνα πάντες γενόμενοι Halicarn. κατ' αὐτοὺς αἰὲν ὄρα Il. π'. v. 646. *penès*, καθ' ἡμᾶς ἐγένετο ἡ νίκη Lucian. *inter*, κατὰ ῥωπήια πυκνὰ Κείμεθα Od. ξ'. v. 473. *intra*, κατὰ τείχεα λαὸν ἐέλσαι Il. φ'. v. 295. *coram*, *ob*, κατ' ὀφθαλμούς σοι λέγει Aristoph. *per*, οὔτασε κατὰ γαστέρα εἰς μέσον ἧπαρ Hom. Batrachom. v. 213. αὐτὴ καθ' αὑτὴν ἀσθενής ἐστι Demosth. *per*, *cum*, κατὰ κράτος ἀρχόμενοι Thucyd. sic κατ' ἐξουσίαν ἐπιτάσσει Marc. 1. 27. *à*, κατὰ πόδας, κατ' οὐρὰν ἕπεσθαι Lucian. *ex*, ἔρρει δ' αἷμα κατ' οὐταμένην ὠτειλήν Il. ρ'. v. 86. sic κατὰ ἀνάγκην Philem. v. 14. *propter*, κατὰ κλέος ἥκω πρός τινα Lucian. in Rhe. magistro. κατὰ θέαν ἀφίξονται Halicarn. sic καθ' ὑστέρησιν Philip. 4. 11. *quoad vel respectum*, τὰ κατὰ Γάλβαν Plutarch. *quantum*, *ad*, vel *de*, κατὰ ἀτιμίαν λέγω 2 Cor. 11. 21. *tempore*, καθ' ἡμᾶς ἐγένετο Sophocl. *sigillatim*, *singulis*, κατὰ μῆνα Demosth. sic κατὰ μίαν σαββάτων 1 Cor. 16. 2. *distributionem*, κατ' ἄνδρα Plutarch. κατὰ φῦλα, κατὰ φρήτρας Il. β'. v. 362. *Legitur cum nominativo*, εἷς καθ' εἷς Marc. 14. 1.

In compositione significat *de*, καταπέπτω *decoquo*; *de deorsum*, καταβαίνω *descendo*: *contra*, κατειπεῖν *contradicere*: *secundum*, *ex*, κατάθυμιος *animo gratus*: *circum*, κατακαλύπτω *circumtego*: *ad*, κατάφημι *affirmo*: *re*, κατακρύπτω *reprimo*: *dis*, καταλύω *dissolvo*: *augmentum*, καταφάγω, κατεσθίω *avidè deglutio*, κατασπουδάζω *diligenter studeo*: *diminutionem*, καταγυιόω *enervo*: Alias inducit significationes, καταστρέφω *finio* vel *desino*: καταφρονέω *contemno*.

Μετὰ cum Genitivo: *cum*, *simul*, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός Matth. 1. 23. *cum*, *contra*, μετὰ τοῦ ἀρνίου πολεμήσουσι Apocal. 17. 14. *cum*, *in*, ποίει μηδὲν μετ' ὀργῆς Isocrat. *cum*, *à*, χαῖται ἐρρώοντο μετὰ πνοιῆς Il. ψ'. v. 367. *in*, μετὰ πολλῆς ἐνδείας ἐτράφης Demosth. de cor. *super* vel *in*, ἐρχόμενος μετὰ τῶν νεφελῶν Apocal. 1. 7. *erga*, ἔλεος μετ' αὐτοῦ Luc. 10. 37. *per*, μετ' αὐτῶν Act. 15. 4.

Idem compositum si *activè* significet penacutum est; *passivè*, antepenacutum; ut τηλεσκόπος *longè videns*, τηλέσκοπος *longè visus*, ναυμάχος *pugnans è navi*, ναύμαχος *ad pugnam navalem idoneus*, &c. Juxta regulas p. 251. l. 26. &c. Et pag. 257. l. 4.

Composita in πέτης, à πίπτω sunt oxytona; ab ἵπταμαι, paroxytona; ut ὑψιπετὴς *ex altè cadens*, ὑψιπέτης *alte volans*.

Verbalia in τὸς connotantia *tempus* & *actionem* variant accentum: Quando enim significatur *tempus*, antepenultimam notant; quando *actio* sive *fructus*, ultimam: ut ἄμητος, ἄροτος, δείπνητος, νέωτος, τρύγητος, ἀμητὸς, &c. Ità unanimiter Favorinus, Suidas, Etymologus, Eustathius, Didymus, Hesychius quoque decernunt. Budæus, Constantinus, Stephanus ex adversâ parte stantes, sub *temporis* significatione, ultimam; *actionis*, antepenultimam ferè acuunt.

Discrimen hoc in optimis quibusque exemplaribus observâsse se profitetur Stephanus, & diversam notationem librariorum imputat incuriæ: Magnopere illum

illum permovit canon ex Hesychio [ad vocem ἄμυντος] depromptus cujus verba sunt: ἄμυντος, τῆς πρώτης ὀξυνομένης, αὐτὰ τὰ τεθεισμένα; τῆς δὲ τελευταίας, ὁ καιρός. Potuit tamen animadvertisse tonos regulæ adversantes in singulis hujusmodi vocibus apud Hesychium signari. At neque per omnia sibi constant illi in Græcis literis triumviri Stephanus, Constantinus, Budæus: vocem enim δείπνητος eodem, quo Eustathius, tono insignit Stephanus; Constantius & Budæus eam ipsam vocem sub utrâque significatione cum accentu utroque exhibent. Certè multum à veracitate quâ solet uti, discessit Stephanus, Eustathium Suidæ opponens[in voce τρύσιπος] qui duo planè totidem verbis sunt ὁμόψηφοι. Constantinus&Budæus in verbalibus hujuscemodi tonos interdum confundi[ad ἄεϱτος]Stephanus illa à quibusdam διτλογραφηθῆ[in ἄμυντος] ingenuè agnoscunt. Quid itaque dicendum: Profectò Hesychii discrepantes canon & notatio, Stephani cum veteribus discordia, cum illis tamen nonnullibi consensus, Constantinus denique Budæi & Stephani concessio, id suadent, ut voces hæ omnes è numero διττολογουμένων habeantur, nec ampliùs studiosis facessant negotium.

2°. Originis; ut ἀναγωγὸς *extractorius*, ἀνάγωγος *intractabilis*: ἁπλόος *simplex*, ἄπλοος *innavigabilis*: ἁλυκὸς *salsus*, ἄλυκος *lupis carens*, &c.

3°. Quantitatis; ut βασιλεία *regnum*, βασίλεια *regina*.

Ancipites (ferè penultimæ) in multis dictionibus, correptæ acuuntur, productæ circumflectuntur; ut ἴσον κάτω ἶσον ἄνωθεν Theocrit. Idyl. 8. v. 19. Ἆρες Ἄρες βροτολοιγὲ—Il. ε. v. 31. σκῦλον *spolia* Luc. 11.22. & σκύλον ἀνδρὶ καλύπτρη Callimach. Steph. t. 3.1133. H. θῶκος *sedes*, Steph. t. 1. 1487. F. θᾶκος Steph. t. 1. 1488. B. σίνος *damnum*, Nicand. Theriac. v. 1. σῖνος Steph. tom. 3. p. 786. cum consimilibus. Huc refer dissyllaba multa verbalia in μα; ut κρῖμα Rom. 2.2. & ἐς κρίμα δίκαιον ἔβην. Nonn. Obliquos itidem Monosyllaborum habentes tonum in penultima; ut μῦς, μύες & μῦες: Πᾶς μύες ἐν βατράχοισι—Hom. Βατραχ. v.6. μῦες Steph. t.2.p.991. E. Hujusmodi dictiones oratoribus usitatissime penacuuntur; ut ἶπος Steph. t. 1. c. 1727. C.

4°. Declinationis; ut ἀντιὰς-άδος *tonsilla*, ἀντιὰς-ιυ *tumor tonsillarum*, Παλλὰς-άδος *Pallas dea*, Πάλλας-αντος *Pallas vir*: λεπὰς-άδος *concha*, λέπας-ατος *rupes*: ἀνεμοσκέπης-ευ *tegens à vento*, ἀνεμοσκεπὴς έος *à vento tectus*: θεομίσης-ευ *dei osor*, θεομισὴς-έος *deo exosus*: ἡ ἁλία *cœtus*, τὰ ἅλια *festum apud Rhodios*: ἡ διδασκαλία *doctrina*, τὰ διδασκάλια *minervalia*: ἡ δαφνηλία & τὰ δαφνήλια *festum Apollinis*: ἡ σκηνοπηγία & τὰ σκηνοπήγια *festum tabernaculorum*: ἡ καλύπτρα *tegumentum*, τὰ κάλυπτρα *tegumenta*: ἡ κερασία *cerasus arbor*, τὰ κεράσια *cerasi fructus*: ἡ λοχεία *partus*, τὰ λόχεια *purgamenta*:

ἡ οὐρὰ *cauda*, τὰ οὖρα *impetus*, ἡ μαγγάνα *vas vinarium*, τὰ μάγγανα *præstigiæ*: ἡ ὀφρύα *supercilium*, τὰ ὄφρυα *clivi montium*: ἡ Πρυτανεία *magistratus*, τὰ Πρυτανεῖα *vadimonium*: ἡ στραγγαλιὰ *tortus funis*, τὰ στραγγάλια *grumi*: ὁ ζυγὸς & τὸ ζύγος *jugum*, ὁ θαλλὸς & τὸ θάλλος *germen*, ὁ οὐδὸς & τὸ οὖδος *pavimentum*: Ἀσὶς-ίδος *Asia*, ἄσις-εως *limus*: ἀκρὶς-ίδος *locusta*, ἄκρις-εως *summitas*: κιστὶς-ίδος & κίστις-εως *cista*: κοπὶς-ίδος *gladius*, κόπις-εως *scurra*: Item ἀρὶς-ίδος *scobina fabri*, ἄρις-ινος *naso carens*: cum pluribus aliis.

Adjectiva in της composita ab ἔτος variant nonnunquam cum accentu declinationem; ut δωδεκαετὴς-έος: δωδεκαέτης-ου. vide Steph. tom. 1. c. 1293. l. E. &c. 1294. l. G.

Pauca *interrogativè* sumpta acuunt priorem, *indefinitè* ultimam; ut ποῖος, ποιὸς: πόσος, ποσός.

Idem nomen appellativum tonum gerit in posteriore, proprium sæpius in priore:

Ἀβὰς *stultus*.
Ἄβας *Nomen viri*.
Ἀδελφὸς *frater*.
Ἄδελφος *Nom. viri*.
Αἰγὼν *ovile*.
Αἴγων *Nom. viri*.
Αἰόλος *varius*.
Αἴολος *Æolus*.
Ἀκεστὴς *medicus*.
Ἀκέστης *Nom. viri*.
Ἀκὶς *cuspis*.
Ἄκις *Nom. fluvii*.
Ἀλαιὸς *vetus*.
Ἀλαῖος *Apollo*.
Ἀνδρὼν *conclave*.
Ἄνδρων *N. viri*.
Ἀργὸς *otiosus*.
Ἄργος *Argus*.
Ἀστὴρ *stella*.
Ἄστηρ *N. urbis*.
Αὐγὴ *splendor*.
Αὔγη *N. mulieris*.
Ἀρετὴ *dimissio*.
Ἀρέτη *N. insula*.
Ἀφρὸς *spuma*.
Ἄφρος *N. viri*.
Βαιὸς *parvus*.
Βαῖος *N. viri*.
Βηλὸς *limen*.
Βῆλος *Belus*.
Βλαστὸς *germen*.
Βλάστος *N. viri*.
Γλαυκὸς *cæsius*.
Γλαῦκος *N. viri*.
Δειρὴ *collum*.
Δείρη *N. urbis*.
Διογενὴς *nobilis*.
Διογένης *Diogenes*.
Ἑλικὴ *salix*.
Ἑλίκη *Ursa major*.
Ἐλπὶς *spes*.
Ἔλπις *N. viri*.
Ἐπαινετὸς *laudabilis*.
Ἐπαίνετος *N. viri*.
Ἐπικυδὴς *gloriosus*.
Ἐπικύδης *N. viri*.
Εὐανθὴς *floridus*.
Εὐάνθης *N. viri*.
Εὐσθενὴς *robustus*.
Εὐσθένης *N. viri*.
Ἡραῖος *Junonius*.
Ἥραιος *N. viri*.
Ἱππὼν *stabulum*.
Ἵππων *N. viri*.
Ἰωνιὰ *violetum*.
Ἰωνία *Ionia*.
Καλλισθενὴς *fortis*.
Καλλισθένης *N. viri*.
Καρπὸς *fructus*.
Κάρπος *N. viri*.
Καταρρὴς *deorsum vergens*.
Κατάρρης *N. fluvii*.
Κηρὸς *cera*.
Κῆρος *N. fluvii*.
Κλειτὸς *celebris*.
Κλεῖτος *N. viri*.
Κορωνὸς *elatus*.
Κόρωνος *N. viri vel montis*.
Κουρικὸς *tonsorius*.
Κούρικος *N. Emporii*.
Κυδνὸς *inclytus*.
Κύδνος *N. viri*.
Λαγὸς *lepus*.
Λάγος *N. viri*.
Λευκὸς *albus*.
Λεῦκος *N. viri*.
Λιγὺς *stridulus*.
Λίγυς *Ligur*.
Λωτὸς *lotus*.

Λοῖτος Nomen viri.
Μαλακὸς mollis.
Μάλακος N. viri.
Μελάνωπὸς niger.
Μελάνωπος N. viri.
Νησὶς insula.
Νῆσις N. urbis.
Ξανθὸς flavus.
Ξάνθος N. equi & fluvii.
Ξενὼν hospitium.
Ξένων N. viri.
Ξουθὸς flavus.
Ξοῦθος N. viri.
Ὀχὴ cibus.
Ὄχη N. montis.
Ὀνεῖον stabulum asinorum.
Ὄνειον N. montis.
Ὀρθὸς rectus.
Ὄρθος N. viri & canis.
Παρθενικὴ virgo.
Παρθενίκη N. fœminæ.
Πολυαρκὴς multis sufficiens.
Πολυάρκης N. viri.
Πολυκλειτὸς valdè celebris.
Πολύκλειτος Polycletus.
Πρασιὰ areola.
Πρασία N. urbis.
Πυλαῖος qui foris est.
Πύλαιος N. viri.
Πυῤῥὸς rufus.
Πύῤῥος Pyrrhus.
Ῥιπὴ impetus.
Ῥίπη N. urbis.
Ῥοδῶν rosarium.
Ῥόδων N. viri.
Ῥυμὸς temo.
Ῥύμος N. fluvii.
Στρατὸς } exercitus.
Στρατιὰ }
Στράτος } N. urbium.
Στρατία }
Σφηλὸς deceptor.
Σφῆλος N. viri.
Τευκρὸς Trojanus.
Τεῦκρος Teucer.
Τραχὼν locus asper.
Τράχων N. loci.
Τυρὸς caseus.
Τύρος Tyrus.
Φαιδρὸς } lætus, a.
Φαιδρὰ }
Φαῖδρος } Phædrus, a.
Φαίδρα }
Φοινικὴ palma.
Φοινίκη Phœnicia.
Φροντὶς cura.
Φρόντις N. viri.
Φυλακὴ custodia.
Φυλάκη N. urbis.
Χιὰ serpentis latibulum.
Χῖα Chia.
Χιὼν nix.
Χίων N. viri.
Χλιδὼν armilla.
Χλίδων N. viri.
Χρηστὸς bonus.
Χρῆστος N. viri.
Ψυχρὸς frigidus.
Ψύχρος N. fluvii.
Sic
Ἀθηναῖος Athieniensis.
Ἀθήναιος N. viri.
Ληναῖος torcularis.
Λήναιος Lenæus, Bacchus.
Rarius in obliquis; ut
Ὢψ Ὠπὸς vultus.
Ὢψ Ὦπος N. viri.

Idem nomen Adjectivum in ultimis, Substantivum in prioribus syllabis, frequentius tonum habet:

Ἀιθὸς ardens.
Ἆιθος ardor.
Ἀιθρὸς serenus.
Ἆιθρος pruina.
Ἀινὸς Ἐπαινὸς crudelis.
Ἆινος Ἔπαινος laus.
Ἀιπὸς altus.
Ἆιπος altitudo.
Ἀσφοδελὸς asphodeli ferax.
Ἀσφόδελος asphodelus.
Βατὸς pervius.
Βάτος rubus.
Βροτὸς mortalis.
Βρότος sanies.
Γονὸς fæcundus.
Γόνος proles.
Γυρὸς curvus.
Γῦρος gyrus.
Δαυὸς aridus.
† Δάυος donum.
Δεινὸς crudelis.
Δεῖνος poculi genus.
Δινὸς vorticosus.
Δῖνος vortex.

Δολιχὸς *longus.*
Δόλιχος *legumen.*
Ἐμετὸς *vomitu ejectus.*
Ἔμετος *vomitus.*
† Ἐτὸς *verus.*
Ἔτος *annus.*
† Θαμβὸς *attonitus.*
Θάμβος *stupor.*
Θερμὸς *calidus.*
Θέρμος *lupinus.*
Ἰλλὸς *strabus.*
Ἴλλος *oculus.*
Καλὸς *bonus.*
Κάλος *rudens.*
† Κληρὸς *sorte datus.*
Κλῆρος *sors.*
Κλιτὸς *declivis.*
Κλίτος *declivitas.*
‖ Κνυθὸς *parvus*
‖ Κνύθος *parva spina.*
‖ Κραδαλὸς *vibratilis.*
‖ Κράδαλος *ramus ficulneus.*
Κραταιὸς *fortis.*
Κράταιος *herbæ nomen.*
Κυρτὸς *curvus.*
Κύρτος *nassa.*
Κυφὸς *gibbosus.*
Κύφος *N. urbis.*
Κῦφος *gibbus.*
Λαρὸς *dulcis.*
Λάρος *larus vel gavia.*
Λοχὸς *gravida.*
Λόχος *cohors.*
Μαδὸς *glaber.*
‖ Μάδος *psilothrum.*
Μανὸς *rarus.*
† Μάνος *ornamentum quoddam.*
‖ Νεννὸς *stultus.*
Νέννος *avunculus.*
† Ὀκνὸς *piger.*
Ὄκνος *pigritia.*
Ὀναγρὸς *asinarius.*
Ὄναγρος *onager.*
Πανκιδανὸς *amarus.*
Πανκίδανος *herbæ nomen.*
Ποτὸς *potabilis.*
Πότος *potatio.*
‖ Πωρὸς *cæcus.*
Πῶρος *callus.*
Σιγηλὸς *taciturnus.*
Σίγηλος *narcissus herba*
Σιμὸς *simus.*
Σίμος *piscis genus.*
Σιτὸς *esculentus.*
Σῖτος *frumentum.*
Σπαρτὸς *satus.*
Σπάρτος *rudens.*
Στυφὸς *astringens.*
‖ Στύφος *lucrum.*
† Ταρφὸς *densus.*
Τάρφος *densitas.*
Τομὸς *scindens.*
Τόμος *frustum.*
† Ὑαλὸς *splendidus.*
Ὕαλος *vitrum.*
Ὑβὸς *gibbosus.*
† Ὕβος *gibbus.*
Ὑδρωψ *hydropicus.*
Ὕδρωψ *hydrops.*
‖ Ὑφὸς *gibbosus.*
Ὕφος *textile.*
Φορὸς *ferax.*
Φόρος *tributum.*
Χαὸς *antiquus.*
Χάος *chaos.*
Ψαρὸς *agilis.*
Ψάρος *sturnus.*
Ὠμὸς *crudelis.*
Ὦμος *humerus.*
Ὠχρὸς *pallidus.*
Ὦχρος *pallor.*

His adde paucula variantia cum accentu spiritum:

Ἁγνὸς *castus.*
Ἄγνος *frutex.*
† Ἠλὸς *stultus.*
Ἧλος *clavus.*
† Ὁιατὴς *comatus.*
Ὀιάτης *N. gentis.*

Similiter multa nomina in priori, participia vero ὁμόγραπτα, in posteriori accentum habent; ut δράκων *draco,* δρακὼν *cernens:* Ἴων *Ion,* Ἀμφίων *Amphion,* Ὑπερίων *sol,* ἰὼν *vadens,* ἀμφιὼν *circumiens,* ὑπερειὼν *supergrediens:* Κίων *columna,* κιὼν *vadens:* Τύχων *N. viri,* τυχὼν *sortitus.* Præsertim circumflexa; ut Δόλων *N. viri,* δολῶν *insidiosè agens:* ἐλάσσων *minor,* ἐλασσῶν *minuens:* ἥσσων *minor,* ἡσσῶν inusitat. *superans:* Θήρων *N. viri,* θηρῶν *venans:* Ἱέρων *N. viri,* ἱερῶν *sacrificans:* κρότων *ricinus,* κροτῶν plaudens: μείων *minor,* μειῶν *minuens:*

uens: Μύρων *Myron*, μυρῶν *ungens*: Νίκων *N. viri*, νικῶν *vincens*: Πολέμων *N. viri*, πολεμῶν *bellum gerens*: Πλούτων *Pluto*, πλουτῶν *ditescens*: Σάρων *Deus nauticus*, σαρῶν *verrens*: Σίμων *Simon*, σιμῶν *impendens*: Τίμων *N. viri*, τιμῶν *honorans*: Τρίτων *Triton*, τριτῶν *tertiò faciens*: Τρύφων *N. viri*, τρυφῶν *luxurians*: Φίλων *Philo*, φιλῶν *amans*: Χίλων *N. viri*, χιλῶν *pascens*.

Contrà non pauca nomina participiis, plerunq; barytonis in η & ος, consimiliter scripta, tonum in ultima accipiunt; ut δεξαμενὴ *receptaculum*, δεξαμένη *capiens*: (p. 243.) Ἀκεσαμενὸς *N. viri*, ἀκεσάμενος *medicatus*: Ἀλεξαμενὸς *N. viri*, ἀλεξάμενος *adjuvans*. Nonnulla etiam in ων; ut ἀγὼν *certamen*, ἄγων *ducens*: εἰκὼν *imago*, εἴκων *cedens*, ἀρηγὼν, ἀρήγων, &c. vide pag. 106.

Alia quædam differunt accentu juxta regulas generales; ut κῆρ *cor* ex κέαρ, κὴρ *fatum*: φῶς *lumen* ex φάος, φὼς *vir*: κερδαλῆ *pellis vulpina* ex κερδαλέη, κερδάλη *vulpes*.

Multa alia nomina significatione discrepant & accentu, seriatim hîc subscripta.

Ἀγανὸς *mitis*,
† Ἄγανος *fractus*.
Ἀγὴ *admiratio*.
† Ἀγὴ *fractio*.
Ἀγελαῖος *armentalis*.
† Ἀγέλαιος *rudis*.
Ἀγοραῖος *forensis*.
Ἀγόραιος *dies judicialis*.
Ἀγὸς *dux*.
Ἄγος *veneratio*.
Ἄθροος *tranquillus*.
Ἀθρόος *confertus*.
Ἀθῷος *innocens*.
Ἄθωος *Incola montis Athô*.
Αἷμος *saltus*.
† Αἱμὸς *collum*.
Ἀκμηνὸς *adultus*.
† Ἄκμηνος *jejunus*.

† Ἀλαβὴ *fuligo*.
† Ἀλάβη *carbo*.
Ἀλαλητὸς *clamor*.
Ἀλάλητος *ineffabilis*.
† Ἄλτος *agilis*.
† Ἀλτὸς *merces*.
Ἀμφότερος *uterque*.
Ἀμφοτερὸς *N. viri*.
Ἄνθεια *Veneris, urbis & piscis nomen*.
† Ἀνθεῖαι *horæ*.
Ἀραῖος *devotus*.
Ἀραιὸς *tenuis*.
Ἀργέστης *ventus quidam*.
Ἀργεστὴς *velox*.
Ἀργῆς † Ἀργὴς *albus*.
† Ἄρσης *serpens*.
Ἄρκος *ursus*.
Ἀρκὸς *auxilium*.

Ἄρνειος *agninus*.
Ἀρνειὸς *agnus adultus*.
† Ἀρνεῖος *nomen mensis*.
† Ἄρος *utilitas*.
† Ἀρὸς *pratum*.
Ἁρπαγὴ *rapina*.
Ἁρπάγη *Harpago, hamus*.
Αὐλητὴς *tibicen*.
† Αὐλήτης *stabularius*.
Αὖλις *tentorium*.
Αὐλὶς *Aulis urbs*.

B

Βαλιὸς *varius vel celer*.
Βαλίος *equi nomen*.
† Βάλιος *orbus oculis*.
† Βήχιον *tussilago herba*.

† Βηχίον *tussicula.*
Βίος *vita.*
Βιὸς *arcus.*
Βλινὸς *titio.*
Βλίνος *piscis.*
Βλῆχρον *filix.*
Βληχρὸν *genus leguminis.*
Βουπλὴξ *boves feriens.*
† Βούπληξ *à bobus percussus.*
Βροῦχος *locusta, eruca.*
Βρυχὸς *præco.*
Βυσσὸς *profunditas.*
Βύσσος *Byssus.*

Γ

Γαῦλος *genus navigii.*
Γαυλὸς *mulctra.*
Γελοῖος *ridiculus.*
Γέλοιος *qui risum movet.*
† Γρύνος } *gryps.*
† Γρῦνος }
† Γρυνοὶ *trunci querni.*

Δ

Δαῦλος *hirsutus.*
† Δαυλὸς *torris.*
Δημὸς *pinguedo.*
Δῆμος *populus.*
Δοκὸς *trabs.*
† Δόκος *opinio.*

Ε

† Εἶλος *frænum.*
† Εἰλὸς *pondus.*
† Ἐλαιὸς *veneficus.*
† Ἔλαιος *olea agrestis.*
Ἔλεος *misericordia.*
Ἐλεὸς *mensa coquinaria.*
Ἐλευσὶς *N. urbis.*
† Ἔλευσις *adventus.*
Ἑλικὼν *Helicon.*
† Ἑλίκων *filum tortum.*
Ἐξαίρετος *eximius.*
† Ἐξαιρετὸς *ejectitius.*
Ἐπίβατος *obnoxius.*
Ἐπιβατὸς *ascensu facilis.*

Ζ

Ζωὴ *vita.*
† Ζώη *flos lactis.*

Θ

Θάλειος *virens.*
† Θαλεῖος *purus.*
† Θαλάμαι *pars navium.*
† Θαλαμαὶ *fanum Dioscurorum.*
Θεὰ *dea.*
Θέα *spectatio.*
Θόλος *tholus, ædificium rotundum.*
Θολὸς *sordes.*
Θορὸς *genitura.*
† Θόρος *admissarius.*
Θυεία *mortarium.*
† Θύεια *Thya, arbor.*
Θυμὸς *animus.*
Θύμος *thymus.*
Θυρσὸς *corona.*
Θύρσος *hasta.*

Ι

Ἰὸς *telum.*
Ἴος *unus.*
Ἶπος *muscipula.*
Ἶπος *pressura.*
Ἶψος *suber.*
† Ἰψὸς *hedera.*
Ἶρις *arcus cœlestis.*
Ἰρὶς *unguentum.*

Κ

Καθαπτὸς *ligatus.*
† Κάθαπτος *connexus.*
Καθεῖς *unusquisque.*
Καθεὶς *dimittens.*
Καιρὸς *tempus.*
Καῖρος *licium.*
Καλαμωτὴ *sepes.*
† Καλαμώται. εἶδος ἐχθύος.
Κάμπη *eruca.*
Καμπὴ *curvatura.*
Καταλύτης *hospes.*
Καταλυτὴς *dissolutor.*
Κάτεργος *excultus.*
† Κατεργὸς *antiquatus.*
Κηδεὸς *mortuus.*
† Κήδεος *curâ dignus.*
Κλῶσος *census.*
† Κλωσὸς *herbæ genus.*
† Κίκκος *cicada.*
† Κικκὸς *gallus.*
Κίων *columna.*
Κιὼν *multitudo vermium.*
† Κλαδὼν *ramus.*
† Κλάδων *thyrsiger.*
Κνημὸς *collis.*
† Κνῆμος *rotæ radius.*
† Κοιὰ *sphæra.*
† Κοία *furtum.*
Κομμὸς *planctus.*
† Κόμμοι *dentes molares.*
Κόμπος *crepitus.*
Κομπὸς *jactator.*
Κοράκινος *corvinus.*
Κορακῖνος *piscis genus.*
† Κραγγὼν *pica.*

† Κράγγωνες

† Κεάζζονες crangines, piscis genus.
† Κεάγος opitulatio.
† Κεαγὸς clamor.
Κυρῆτες Curetes.
Κύρητες Curetes juniores.
Κῦδος gloria.
† Κύδος convitium.

Λ

Λαβὴ prehensio.
† Λάβη excusatio.
Ληνὸς torcular.
† Λῆνος lana.
Λιτὴ preces.
† Λίτη janua.
Λῦτρον aqua sordida.
Λυτρὸν lavacrum.
Λύγος salix.
† Λυγὸς genus prœli.
Λύκειος lupinus.
† Λυκεῖος terribilis.

M

Μειλινὸς blandus.
Μείλινος fraxineus.
Μετάπειστος cui aliquid persuasum est.
Μεταπειστὸς qui persuaderi potest.
Μνάσιον herba Ægyptiaca.
† Μνασίον genus mensuræ.
Μοχθηρὸς improbus.
Μόχθηρος laboriosus.
Μυκὴ mugitus,
Μύκη repositorium.
† Μυκὸς mutus.
† Μῦκος impurus.
Μυλλοὶ placentæ.
Μύλλοι mulli.
Μυρίοι infiniti.
Μύριοι decies mille.
† Μῦρμος formica.
† Μύρμος metus.

N

Νέος novus.
Νεὸς novale.
Νησὶς Insula.
Νῆσις nendi actio.
Νοθεία spuritas.
Νόθεια spuriorum bona.
Νομαῖος in pascuis degens.
† Νόμαιος legitimus.
Νόμος lex.
Νομὸς pascuum.
Νυμφίος sponsus.
Νύμφιος sponsalis.

O

Ὄγμος sulcus.
† Ὀγμὸς Hercules.
Οἶος solus.
Ὀιὸς N. populi.
Ὀλίζων minor.
Ὀλιζὼν urbs Thessaliæ.
Ὄλκιον vasculum.
† Ὁλκίον gubernaculum navis.
Ὅρμος statio.
† Ὁρμὸς corrigia calceorum.
Ὄρος mons.
Ὀρὸς serum lactis.
Ὄρρος corporis pars.
Ὀρρὸς serum lactis.
Οὖρος custos.
Οὐρὸς alveus.

Π

Παιδιὰ lusus.
Παιδεία disciplina.
Παίων Pannonia oriundus.
Παιὼν Apollinis Epitheton.
Πεδήτης ligator.
Πεδητὴς ligatus.
Πεδίον campus.
† Πέδιον parva pedica.
Πέμπτος quintus.
Πεμπτὸς missus.
Πειρδεινὸς gravis.
† Πειρίδινος, πειρατής.
Πηδὸς latior remi pars.
† Πῆδος fagus.
Πίνος sordes.
† Πῖνος homo sordidus, pinus.
Πλείων plus.
Πλειὼν annus.
Πλυνὸς balneum.
† Πλύνος qui lavatur.
Πονηρὸς improbus.
Πόνηρος laboriosus.
Πότης potor.
Ποτὴς potus.
Προχόη vasculum.
Προχοὴ ostium fluvii.
Πυθὼν urbs Phocidis.
Πύθων N. serpentis.
Πωλίον pullulus.
Πώλιον pullium.

P

Ῥοιὰ malus Punica.
† Ῥοῖα volutabrum equorum.

Σ

Σάρδινος sardius.
Σαρδῖνος piscis quidam.

Σάρων libidinosus.
Σαρὼν rete.
Σίγλαι inaures.
Σιγλαὶ cyphræ.
Σκάφη scapha.
† Σκαφὴ fossio.
† Σκίῤῥος tumor, sordes.
† Σκιῤῥὸς scrupus.
Σκύμνος catulus leonis.
Σκυμνὸς catulus aliorum animalium.
Σκνιφὸς parcus.
Σκνίφος tenebræ.
Σπάδων eunuchus.
Σπαδὼν contractio.
Σταφυλὴ uva.
Σταφύλη perpendiculum.
Στρουθίον passerculus.
Στρούθιον struthium herba.
Συνεργὸς cooperarius.
Συνέργος opitulator.

Τ

Τρόπος modus.
Τροπὸς lorum.
Τρόχος cursus.
Τροχὸς rota, currens.
Τυφῶν Typhon.
Τυφὼν convolutio aeris procellosi.

Υ

Ὑδρίον aquula.
Ὕδριον parva hydria.

Φ

Φανίον facula.
† Φάνιον camarina.
Φάρος insula.
Φᾶρος vestis.
Φαρμάκων qui læsus est pharmacis.
‖ Φαρμακὼν officina tinctoris.
Φάσις dictio.
Φᾶσις N. fluvii.
Φιλητὴς amator.
Φιλήτης fur.
‖ Φίλινος canneus.
‖ Φιλῖνος amicus.
‖ Φλέδων nugator.
‖ Φλεδὼν nugæ.
‖ Φράτης vir ejusdem curiæ.
‖ Φρατὴς curialis.
Φυγὴ fuga.
‖ Φύσις natura.
Φωρὰ furtum.
‖ Φώρα investigatio.

Χ

Χαλκίον æs.
Χάλκιον N. urbis.
Χεῖλος labrum.
‖ Χειλὸς pabulum.
Χιὰ latibulum serpentis.
‖ Χῖαι calceamenta.
Χίος Chios insula.
Χῖος Chius incola.

Ψ

‖ Ψιὰ gaudium.
‖ Ψία vulpes.
Ψυχὴ anima.
Ψύχη papilio.

Nonnulla tono & spiritu differunt :

Ἐδὸς vorax, Ἕδος sedes. Ἕλειος palustris, Ἐλειὸς glis.

Quædam & subscripto ι :

Ἀδὴς injucundus.
ᾍδης Pluto.
Ἄσις limus.
ᾎσις cantio.
Κληδὸς cumulus.
Κλῃδὸς sepes.
Λαγωὸς lepus.
Λαγῷος leporinus.
Πατρωὸς vitricus.
Πατρῷος paternus.
Ὠὸν ovum.
ᾨὸν cœnaculum.

Porrò

Porrò multa fœminina & neutralia adjectiva à Substantivis distinguuntur accentu, & interdum spiritu.

Fœminina.

Ἀδρὰ *crassa,*	Δολιχὴ *longa,*	Κιῤῥὰ *fulva,*
Ἄδρα *N. urbis.*	Δολίχη *N. insulæ.*	Κίῤῥα *N. urbis,*
Αἰπεῖα *alta,*	Ἐχθρὰ *inimica,*	Λιπαρὰ *pinguis.*
Αἴπεια *N. oppidi,*	Ἔχθρα *odium.*	Λιπάρα *N. insulæ.*
Γαληνὴ *tranquilla,*	Θερμὴ *calida,*	Μόνη *sola,*
Γαλήνη *tranquillitas.*	Θέρμη *calor.*	Μονὴ *mora.*
Γλαυκὴ *cæsia,*	Κακὴ *mala,*	Σπαρτὴ *seminata,*
Γλαύκη *N. mulieris.*	Κάκη *malitia.*	Σπάρτη *funis spartcus,* &c.

Neutra.

Ζωὸν *vivum,*	Κηλὸν *aridum,*	Πολιὸν *canum,*
Ζῶον *animal.*	Κῆλον *telum.*	Πόλιον *herba.*
Καλὸν *pulchrum,*	Πᾶν *omne,*	Σπιλβὸν *fulgidum.*
Κᾶλον *lignum.*	Πὰν *Pan.*	Σπίλβον *fulgens,* &c.

Casus recti ab obliquis, penè innumerabiles: ut δῖος *divinus,* Διὸς *Jovis:* ὁ ἀχυρὼν *palearium,* τῶν ἀχύρων *palearum.*

Dialectica & figurata tum à vulgaribus, tum inter se; ut κεινὸς *vacuus,* κεῖνος *ille:* κρῆς *caput,* Κρὴς *Cres.*

Denique dictiones infinitæ ἀσυστοιχειώδεις, quatenus distinctæ partes orationis, distinctis insigniuntur tonis; ut Κλειὼ *Clio,* κλείω *celebro:* ἔρεις *lites,* ἐρεῖς *dices:* ἀδὴν *glandula,* ἄδην *satis:* διακενῆς *inanis,* διακενῆς *inaniter:* ἀρὰ *imprecatio,* ἄρα *igitur,* ἆρα *numquid:* ἢ *vel,* ᾗ *sua,* ἦν *erat,* ᾗ *huic,* ἥ, *hæc,* &c.

In fine πολυτόνων apponuntur hic vocabula, quibus diversi à Stephani accentibus toni vel spiritus tribuuntur ab aliis primæ notæ Lexicographis; dubium, an potiùs operariorum manu, quàm autorum judicio. Pauca quædam ex Stephano promuntur; utpote quæ sub illius prelo, aliàs licet felicissimo, non dissimile tamen infortunium videntur subiisse.

B. notat Budæum. C. Constantinum. E. Eustathium. F. Favorinum. H. Hesychium. S. Suidam. St. Stephanum.

Oxytona Stephani apud alios sic notantur.

Ἄγαυρος H, ἄζαυτος H. ἄδριψ. B. Αἶγαι H. αἰγίθαλος F. S. αἰγώλιος

γόλιϛ B. C. αἱμασία. B. C. αἶμϛ collum. F. ἄκοϱνοι. B. ἀκόϛη. B. ἀκεϱάτης. B. C. ἀϱέση. B. C. ἀμυκάλαι. F. ἀμύκαλαι. B. ἄνακοι. H. ἄναϱσι. F. ἄοξοι C. ἀϱήγων B. ἄϱκος auxilium B. F. ἄϱος pratum B. H. ἄσωπος C. ἄπειψ C. ἄτυχον B. Αὐγεῖαι H. αὐτανέψιος B. C. βέ-νος B. βϱύκος C. H. F. βύδος C. γαγγάμων F. γάνδος F. H. γαῦλος mulctrum H. γλύκη E. γωλέα B. C. δεῖϱη H. δεξαμένη S. διουνδς B. C. δῖιη & δοῖα B. δόχμος C. F. ἄλος pondus C. εἰασπίητος B. ἔκτα-τος B. C. ἑλίκη salix B. ἔμπνος B. ἐνέτη B. H. ἐξανέψιος B. C. ἐπάκϱος B. C. ἐπιδημίαϱγος B. C. ἐπιεικτος H. ἐπισμύγϱος B. εὐ-ωπος B. F. S. ἔφολκος F. H. ζεϱα E. θοία F. θυμοϱαύσης F. H. ἴλε-ος B. H. ἱππόμολγος B. κάλιος H. κολόφων F. κόμμος luctus. H. κόμπος jactator F. H. κόντος B. C. H. κϱίθη H. κϱινωνία C. S. κτίσις E. F. H. λῆναι B. λόετϱον B. C. λόμβος B. λῦτϱον balneum. F. λόχος puerpera B. λύττος E. Μαϱαθῶν C. μηδυία B. μύλλος pla-centa B. C. strabo F. H. Μῶα E. S. νέϛ novale F. ὄιος populi nomen S. ὀλίζων N. urbis H. ὄλμειος H. ὀϱγυία F. ὄϱτος C. παῦδνος H. πει-ϱάτης E. πείδεινος F. πέϱκνος B. πῆδος remus H. πηλάγονες senes F. H. πεϱνοβόσκος B. C. πϱασία E. πϱόσπλωτος B. C. Σιλῦνος H. σπάδων contractio H. σπογγία F. σαφύλη uva H. σφίλεος F. στεϱόπη fulgur H. συγκοίνωνος B. C. συγκόμιστος B. C. σύναπλος F. σύφοϱβος B. C. χά-δονες S. τμήτης H. τόμος scindens F. H. τϱόπος lorum H. τυφῶν pro-cella. F. φάεικον F. H. φιλαλάζων B. φίτϱος H. φλέδων nugæ H. φυτα-λία F. χόϱδη H.

Paroxytona Stephani.

Ἄγκονος B. C. αἴολος varius B. H. ἀνθόκϱοκος B. ἀϱκὸς ursa C. ἀψίμαχος F. H. ἀψίμαχος B. Βαὰλ S. Βήχιον tussicula B. βλάυπον B. βϱωτὸς B. Βυσσὸς byssus H. γόμφιος B. δαιτὴ S. δέλπον B. C. δεσμὴ B. δοκὸς expectatio H. ἐπιβύκολος B. ἐπικληεῖτις B. ἐϱωλαὶ H. εὐϱεσίλο-γος B. Ἶβις S. ἴκϱιον E. ἰὸς unus. F. κάδιον B. C. κόκκιον B. κῦδος convi-tium E. F. S. κῦφος N. urbis B. C. κώπιον B. λοχμὴ F. μάμμιον B. μητὴϱ B. C. μνάσιον mensuræ genus F. μονόμαχος B. μοϱμὸν C. μυσπί-ον B. μυτὶς B. οἰόνομος B. ὀλιζῶν parvus H. S. ὀϱσπέδιον B. ὀσϱακῖ-της B. C. οὐϱανόδϱομος B. C. πανθὴϱ B. Πιλᾶτος F. S. πῖτυς F. πλα-τῖον B. πλήσιος B. F. S. ποίμνιον E. πολύκληΐς B. πύγμαχοι B. C. ϱί-ζιον C. σκίμπον B. C. σπῖζια B. C. F. τανυγλῶχιν B. τόμιον E. τϱο-χὸς cursus H. τύχιον B. C. ὑωνὴ B. φιλητὴς fur S. φϱεώϱυχος H. ψευ-δοπάϱθενος B. C.

Circumflexa Stephani.

Γυμνῆς S. B. δασπλῆς B. C. δάσπλης H.

Antecircumflexa Stephani.

Ἀλῶα festum E. γελωτῖνος B. δαιτὶς C. F. δειμὸς C. δημὸς popu-lus

lus ὀξυτόνως, δῆμος *pinguedo*, περισπωμένως scribi affirmat H. ἱερεία F. ἕρκειος B. ζαχρειὸς B. ἶνις S. ἶφις C. S. κάλον B. C. S. κερατωδὸν H. κῦδος *gloria* H. Κράθις B. λᾶας E. S. λυτρὸν *aqua, quâ lavamur* B. C. F. H. μῖμος S. μυχὸς *improbus* B. C. μύρμοι *formicæ* C. μῦσος B. C. νεανὶς F. νεᾶνις C. Νῖνος E. νύμφαιον H. πνῖγος H. πῖλος S. ῥῖφος F. S. φᾶρος *vestis* H. S. φρῦνος H. S.

Proparoxytona Stephani.

Ἀθῶος *incola montis Athô* E. H. ἀθωὸς *idem* B. C. Ἀλεῖον E. Ἀμιρεύς B. C. ἀμβλυτὸς B Ἀνακεῖον E. ἀπιλλεῖος C. ἀπεργάτης B. ἀχλλεῖος F. γελοιὸς *risum movens* E. γεργεῖον F. ἐναγωγὸς B. C. H. κηλεὸς F. κονισαλέος S. κυβιτὸν H. λοφυρὸς B. λυκειὸς *lupinus* B. C. S. μιγδαλοὶ B. μιτύλος C. ναυσικλυτὸς affirmat Eust. C. παντοτρόφος C. πιπανὸς B. F. H. σιπαλὸς H. σκινδαλαμὸς B. σφυδιον *herba* F. H. παλαμειγὸς F. ζωπικὶς S.

Ex hoc laborioso & non inutili scrutinio & collatione tonorum facilè perspexerint studiosi lectores, quàm verisimillima sit prior notatio tum in regularum exemplis, tum in vocabulis particularibus, quæ adjiciuntur; quàm meritò autem suspecta posterior: viderintque an meliùs voces illæ, de quibus diffiditur, in censum πολυτόνων conscribi debeant. Si qua verò in hoc tractatulo omissa alios non fugerint accuratè perquirentes, post simile factum examen, in suos quæque locos distribuantur, discrepantiis quoque in hunc ἑτεροτονίας fasciculum rejectis. A sedulâ enim hâc exploratione commodè effectum dabitur, ut incerti dictionum non paucarum toni revocati ad calculum & comprobati certiùs tandem pernoscantur, & ὀρθοτονίας opus plenè aliquando absolvantur.

Submonendus est verò, qui vocum accentus supra positarum in Stephano quæsitum iverit, ut non per Indicem tantum, sed per Tomos pariter investiget. Index enim frequenter fallit; ut in his δυσαγωγὸς, ὀσμύλος, πὰρ, σίπιον, πάγη, προγικὸς, &c. quæ in tomo rectiùs δυσάγωγος, ὄσμυλος, πᾶρ, σιπίον, παγὴ, πρόγινος: interdum & tomus; uterque perrarò; ut δειμὸς in Indice & δειμὸς in tomo, pro δεῖμος ibidem.

Quinetiam per Favorinum & Hesychium, Constantinum & Budæum, sæpissimè; per Suidam interdum, & Eustathium, & Stephanum quoque, dictio eadem, paucis interjectis, falsissimè cum diversis obtruditur accentibus; ut in Favorino, μόχλος, μοχλοὶ; πάγη, παγὴ ¶ in Hesych ἀμυσὶς, τὴν ἄμυσιν. καπέτοιο col. 392. l. 1. καπετὸς & καπετὸν l. 2. 3. σκαπετὸς ibidem, sed σκάπετος col. 662. l. 55. ¶ in Const. νίκος & νῖκος: ἄυος & ἆυος. ¶ in B. ὑεραχὸς & ὕεραχον, βιὸς & βίος. ¶ in S. πελεκὰς & πελέκας. ¶ in indice Eust. πλειὼν *annus* ὀξυτόνως scribi dicitur: & plura his consimilia.

At quid errata librorum vili excusorum tam acriter perstringimus, ubi leviuscula ejusmodi σφάλματα in codicibus immenso sumptu, curâque impensissimâ magnificè editis & ad invidiam usque perornatis, respersa passim comperiantur: qualia sunt in Bibliis complutensibus, πεποιθῶς Deut. 33. v. 12 προφῆτας Nehem. 6. v. 7. πόιμνιον Genes. 30 35. atque alibi; Nomina propria cum incertis accentibus scribuntur, Ἀμεραμ Exod. 6. v. 20. Ἀμράμ, ibi Ἰσάχαρ Gen. 30. v. 18. Ἰσαχάρ Apocal. 7. v. 7. Quibus addi possunt fœdiora παροράματα. viz. ἱδρώτηι pro ἱδρῶτι Gen. 3. v. 19. παραθῆναι pro παραθεῖναι Marc. 8. v. 7. Ἀβραμ pro Ἀμραμ Exod. 6. v. 18. Malo huic Epidemico per omnes

omninò libros inficitissimè grassanti, & Bibliothecas deformiter polluenti, nullum certius remedium adhiberi potest, quàm universa & singula, quotquot uspiam extant, ad regulas classésque vel præscriptas vel, si opus fuerit, alias ascribendas reducere, propriisque sub signis collocare & instruere; adeóque pars hæc Grammaticæ lapidis Lydii vicem præbeat, ad quem exigantur toni in Autoribus & corrigantur.

Extat sylloge vocabulorum inscripta, Συναγωγὴ τῶν πρὸς διάφορον σημασίαν διαφόρως τονȣμένων λέξεων, Philopono quàm Cyrillo potiùs authori tribuenda; uti Stephanus in frontispicio: de quo alibi huc affert Elogium; Laudatur in opusculo Cyrillus, &c. Thes. tom. 2. p. 101.

Non potest tamen non mirari qui attentè legerit, unde in catalogum irrepserit dictionum nova progenies, tonorum inusitata notatio; unde tam manifestæ hallucinationes, permulta ἄτοπα, ζυγὰ ἄζυγα: ἀπολυτονίας, quam titulus profitetur, ratione prorsus aliena.

Quàm inauditæ hæ voces, λαχὼν *sortitus*, λάχως *quasi* σεινῶνλαδενς, σιδηρὸς *ferreus*, &c.

Perperam locati hi toni in sequentibus; δαφνὴ, ἐυπειθὴ, ἰά, Ἴνδος, κονὶς, χεῖρ, λαβρὸς, μενοεικὴς, ἵεραας, πτύχη, παρεῖμι, &c.

Incongruè itidem infarciuntur sub titulo διαφόρως τονȣμένων vocabula elementis & accentu planè eadem; ut ἄτροπος, Ἄτροπος: δῆλος, Δῆλος: λὶς, λὶς: εὐθὺς, εὐθὺς: ἔοικα, ἔοικα: πάσαθαι, πάσαθαι, &c.

Nec minùs nugatoriè vocabula diversis vel iisdem accentibus signata: Si enim voces variè notatas coacervare sategerit quispiam, in quibus mutantur elementa, terminationes, numerus syllabarum, genera, casus, tempora, numeri, dialectus, species denique & alia quævis accidentia dictionum; pari ratione, quâ consarcinavit author iste suum Miscellaneum, poterit non universa modò Lexica, sed Grammaticorum pariter, & totius linguæ variationes in συζυγίας id genus ineptissimas redigere. Quales sunt; ὁ δεῖν, ὁ δεῖν: σπάνα, σπατεία: ἑταῖρος, ἕτερος: οἶμαι, οἴμη: παίδευσις, παιδεία: οἰκεῖοι οἰκῆες: γῆρας, γήρασις: ἐλαιῶν, ἐλεῶν: σμύων, πεινῶν: ἐοικὸς, ἐοικὼς: ὁ Ἡρακλῆς, ὦ Ἡράκλεις: σιγὴ, σιγῆ: ὁ στάχυς, οἱ στάχυς: ἡ θύρα, αἱ θύραι: ἱδρύμενος, ἱδρυμένος: ψάλλω, ψαλῶ: δία, Δία: ἔτος, ὅπως, ἔτοσι. νυνὶ, νυνί: aliáque non pauca.

At nequis tamen putet notari deliramenta hæc, ut catalogus antiquitate venerandus & Lexicographis quàm celebratissimus spongiâ obliteretur, & evilescat: quin potiùs ut abstersis, quæ forsan ab aliis temerè inspersæ sunt, maculis, repurgatior denuo enitescat; adeóque non indignus nomine & famâ clarissimorum V.V. Cyrilli aut, siquis malit, Philoponi, qui primus concinnavit; itemque Stephani, qui Thesauro suo hanc quasi Gemmam adjectam, posteris in pretio habendam, transmisit.

Verborum Accentus.

PRæsens Simplicium juxta regulas generales notatur; ut ἀκȣ́ω, ἀκȣ́ομαι, ἵσημι per reg. 1am. κεῖμαι per reg. 2am. τιμάω, τιμῶ, τιμάομαι, τιμῶμαι per reg. 4am. sed εἰμὶ *sum*, φημὶ *dico*; contra reg. 1am. & 2am. χρὴ contra reg. 3am. acuuntur in fine. De cæteris temporibus & modis traduntur regulæ spe-

* Χρὴ *debuit circumflecti sed acuitur ob differentiam* τȣ̃ χρῆ *ex* χράω *Eustath. & Etym.*

ciales

ciales pag. 239. at * ἐχθὲν circumflectit ultimam ; * ἐχθὲν ὤφελε βαρύνεσθαι, &c. contra Reg. 1am. in Indice Eustathii: sed ἐχθὲν ob rationem ab ipso allatam ad Oδ. κ'. v. 60.

In Compositis: Præsens Indicativi, Imperativus per omnia, generales sequitur regulas: Reliqua tempora Indicativi, & alii omnes modi, tonum servant simplicium. viz:

Themata compositorum generalem regulam 1am. observant; ut ὑπόκειμαι: ἀτιμάω-ῶ: ἀτιμάομαι-ῶμαι: ἔνειμι, κατάφημι, ἀπόχρη. Quædam tamen à simplicibus non variant: Pauca scilicet inusitata in μι ex dissyllabis δῦμι, κτῆμι, σβῆμι, σχλῆμι (quæ & ipsa in præsenti vix leguntur;) ut ἀναδῦμι, ἀποκτῆμι, & ἀποκτᾶμαι, ἀποσβῆμι, ἀποσκλῆμι: Sic ἐνῆμαι ab ἧμαι. Personæ etiam monosyllabæ circumflexum in compositis servant; ut ἄπειμι, ἀπεῖς, &c.

Cætera tempora Indicativi eundem cum temporibus simplicium tonum possident; ut ἀφῆν, ἀφῆκα, ἀφεῖκα, ἀφεῖμαι, κατεῖχον, κατεῶ, ἐκχεῶ, (vide pag. 239.) Nonnulla vero composita, spreto simplicium accentu, sequuntur generales regulas; ea nempe

1°. Quæ augentur in initio; ut εὗδον ἐκάθευδον: ἧμην ἧσο & ἐκαθήμην ἐκάθησο, &c. Rursus abjecto augmento redit circumflexus simplicis; ut καθήμην καθῆσο, &c.

2°. Quæ vocalem ultimam præpositionis abjiciendam retinent; ut ἧκον ὑπόεικον: περὶ & πρὸ non item (propter regulam pag, 41.) Similiter composita ab οἶδα; ut σύνοιδα, σύνοιδα. Legitur & ἔξωσαι, Acts 7. 45.

Imperativus à regulis generalibus non recedit; ut βάλλε ἔμβαλε; λῦσον ἀπόλυσον. Quibus adde composita ab oxytonis ἐλθὲ, &c, p. 239. διέλθε, ἔξευρε, πρόσειπε, πρόσλαβε.

Imperativus vero Indefiniti secundi, cujus simplex monosyllabon est, penultimam acuit; ut ἀπόδος, ἀπόθου. Sed composita ab οὗ leguntur sæpe cum accentu invariato; ut προσοῦ, προσοῦ, ἀφοῦ. Ex circumflexo dissyllabo facti penacuuntur à Grammaticis imperativi duo ἄφικου, ἐπίλαβου.

In reliquis modis composita tono simplicium afficiuntur; ut καταλάβοιμι, καταλάβω, καταλαβεῖν: ἐπιθῶ, ἐπιθῶμαι, ἐπιθεῖσ.

Verba autem in μι 1mæ & 2dæ conjugationis, præter tonos simplicium, à generalibus etiam regulis accentum sibi adsciscunt, præsertim in Indefinitis 2dis subjunctivi medii 2dæ conjugationis; ut apud Thucyd. editionis H. Sephani ἐνίστηται, p. 284. lin. 24, ἐπανίστηται p. 173. lin. 8. κατάθη Lucia. Prom. ὑπόθοιτο Herod. l. 3. pag. 92. ἐγκατάθοιντο Theocrit. Idyl. 17. v. 14. ἀπόθωμαι Theocr. Id. 8. v. 70.

προσθῆσθε

περιέθηκε Thucyd.lib.1.p.27. Sic. καταθῆναι Hesiod. ἐρ. γ. l. 2. μ.219. καταθῆται & καταθῆκε apud Steph.tom.3.1502. à quo multa alia afferuntur exempla in compositis verbi τίθημι. Crusius habet ἀπόδωμαι à δῶμαι p. 988.

Indefinita secunda compositorum ex ἔχω & ἀνύω generalibus tantùm regulis conformes habent accentus in Optativo & Subjunctivo; ut ὑπέρσχῃ Il. δ. 249. ἐπίσποιτο Herodot. l. 1. p. 13. l. 28. Anceps producta gaudet circumflexo; ut κλῦθι Il α. v. 37. κεῖναι & hujusmodi

Usu varians quantitatem, variat accentum; ut πίε, πῖε, à πίω, — ὅδε μιν πίεν ἶσα τέκεσσιν Il. v. γ. 176. — οὐ περὶ πάσης πῖεν ὁμηλικίης. Il ε. v. 326.

Participiorum accentus

Regulares sunt; exceptis sequentibus.

Participia in εις, ως, υς, ους; in ας verborum in μι; & in ων Indefiniti 2di. acuunt ultimam; ut τυφθεὶς, τιθεὶς, τετυφὼς, ζευγνὺς, διδοὺς, ἱστὰς, τυπών. ἴσας sciens, penultimam.

In activâ voce Fut. 1um. 4tæ. & Fut. 2um. omnium conjugationum circumflectuntur in ultimâ; ut σπερῶν, σπαρῶν, τυπῶν.

Adverbiorum accentus

IN Etymologiâ supra expositi, minore hic negotio expediantur: terminationes tamen eorum, quæ à generali accentuum ratione diffident, neglectis aliis, strictim percensere, &, siquid prius omissum, modò se obtulerit, auctarii loco apponere non videtur abs re fore.

Oxytona: finita in η, υ, αι, ει, δον, ξ, ας, ις, υς, τος; ut ἰή, ἀντικρὺ, χαμαὶ, ἀεὶ σχεδὸν, ἀναμὶξ, ἑκὰς, χωρὶς, ἐγγὺς, ἐτός.

Derivativa in ι, τι, στι, τὶ; ut οὐχὶ, ἀκονιτὶ, Ῥωμαϊστὶ, ἐθελοντί. Item in δα ex δον more neutralium; ut σχεδὰ ex σχεδόν: ἀναφανδὰ ex ἀναφανδόν.

Particularia, δαμαὶ, ἐνθὰ, ὀψὲ, ἰδὲ, ἰοὺ, ἐλεὸν, αὐθωρὸν, ἰῶ, ὀπισθεν, ἐνχερὼ, ἐκποδὼν, ἐμποδὼν, περιποδὼν, εὐὰν, ἀμήν.

Paroxytona: finita in ακις vel ακι, ικα, δρα; ut πολλάκις vel πολλάκι, αὐτίκα, ὑπόδρα: In οθεν vel οθε, οθι, οφιν vel οφι; ut κυκλόθεν, οἰόθε, οἰόθι, ποντόφιν vel ποντόφι. Exceptis quæ ab οἶκος, ἄλλος, πᾶς, παντός, ἐκτὸς, ἔνδον dimnanant; ut οἴκοθεν, ἄλλοθεν, πάντοθεν, ἔκτοθεν, ἔνδοθεν, &c.

Composita quoque, cum finalibus particulis, νυν, τι, μοι, που, πω, περ,

δὴ, πως, τοι; ut μέντοίνυν, ἀμηγέπη, ἀμηγέπου, γέτοιπε, ὅπη, ἤδηπως, ἐπειδήπερ, μέντοι. Cum initiali particulâ ὅπ; ut ὅπη; ὅποι, &c.

Particularia; ἄβαλε interdum ἀβάλαι, ἀτρέμας & ἀτρέμα, ἐνθάδε, ἐνθένδε, ἐπείκαν, ἠρέμα, τηνικάδε.

Circumflexa: finita in οῖ, εῦ, οῦ, χῆ, χῶς; ut ἁρμοῖ, ἰεῦ, ἀγχοῦ, πανταχῆ, πανταχῶς. Monosyllaba longa ab articulo derivata; ut ἧ, ποῖ, πῶ, πῆ, πῶς, &c. præter, ὡς.

Particularia: ἦ, ὦ, αἶ, αὖ, ὧν, μὴν, νῦν, ἐκεῖ, εἰκῆ, ἑξῆς, Ἰαῦ, μαμμᾶν, ἡσυχῆ.

Antecircumflexa: particularia; ἆρα, ἶφι, σῖγα, θᾶσσον, μᾶλλον, ἐνταῦθα, ἐντεῦθεν.

Nonnulla superiores terminationes habentia, tono communi afficiuntur: scilicet Ἤδη, πάντῃ: πάνυ, πάγχυ, πρόχνυ: πάλαι: ἔνδον: ἅπαξ, πέραξ: πέλας, πέρας: ἄψις, ἄχρις, μέχρις, μόγις, μόλις, αὖθις; Item ἄμυδις, ἄμυδις, ἄμακις, ἄντικρυς, ὕψι, ἔκητι; & primitiva, ἄφαρ, ἄχρι, ἔτι, μέχρι, ἄγχι, νόσφι, πέρυσι, (pag. 207.) Οἴκοι: Ἄνω.

Particulæ γε, ζε, σε, αν, item θεν, θε, non præeunte ο, accentum dictionis, cui adhærent, loco non movent; ut μέντοιγε, σύγε: Ἀθήναζε, χαμᾶζε: ἄλλοσε, ἐκεῖσε: ἐπὰν, ὅταν: ἐκεῖθεν, δήπουθεν: Ἰσμόθι, οἴκοθι. In pluribus itidem δε; ut ὧδε, οἴκαδε.

Composita tonum gerunt posterioris simplicis, non enclitici; ut καταντικρὺ, αὐτοσχεδὸν, ἐναλλὰξ, παράπαν, ἐπειδὴ, οὐδὲ, ὁπωσδὴ, ὡσπερεὶ, μονονοὺ, παρὲκ, διαπρὸ, ὁπηνίκα, ὁπωσοῦν, τανῦν, καθεξῆς, εἰσαῦθις, ἀποτῆλε, &c. Vocales itidem casuales cum particulis coalitæ; ut καθὸ, παραχρῆμα, ἐπιπλεῖστον, τουνυνὲχον, καθεκάστην.

Excipiuntur composita ab ἀντὶ, ἐγγὺς, πάλιν, πάλαι, πρόσθεν, εἶτα, ἐκεῖνα; ut ἔναντι, πάρεγγυς, ἀνάπαλιν, πρόπαλαι, ἔμπροσθεν, ἔπειτα, ἐπέκεινα. Numeralia in ιχα, ut ἄνδιχα, διάνδιχα.

Ἤγουν, οὔκουν, οὐμενοῦν, μέντοιπε antepenultimam acuunt ultimâ longâ.

Quædam particulæ fini nominum adhærentes tonum suum retinent, abjecto accentu dictionum, quæ præcesserint, ὁσισοδν, ὁσισδὴ, ὁποιοσοῦν, ὁποιοσισοῦν, ὁποιοσδὴ, ὁποιοσδήποτοῦν, ὁποιοσδήποτε: Similiter in obliquis per omnia genera; ut ἥπσοῦν, ἅπνοῦν, ὥπνοσοῦν, ὥπνιοῦν, &c. ὁποιασοῦν, ὁποιαντινοῦν, ὁποιοιτινεσοῦν, &c.

Δὲ particula adjuncta adjectivis τοῖος, τόσος acuit penultimam; ut τοιόνδε, τοσόνδε τε λαὸν Il. β'. 120. servato acuto super longam; ut τοιήδε, τοιήνδε, —τοιοίδε πόδες, τοιαίδε τε χεῖρες, Od. δ'. v. 149. sed in gen. & dat. circumflexus pingitur; ut τοιοῦδε Od. ι. v. 4. τοιῇδε,

Il.

Il. γ'. v. 157. Sunt qui in certis casibus quorundam, nominum acuunt finalem cui adhæret περ; ut οἱόσπερ, ὁποιόσπερ *qualiscunque*, Steph. t. 3. p. 454. B. Δὲ quando est particula localis adjuncta accusativo, aut etiam genitivo propter subintellectum accusativum, more encliticæ transfert vel amittit accentum; ut οἶκόνδε, Ἄϊδόσδε, Φθίηνδε, ἀγρόνδε.

Derivativa in ως accentum retinent genitivorum in ων, à quibus manant; ut πονηρῶς *improbè*, πονήρως *laboriosè*. Variant hæc, αὐθάδως, αὐτάρκως, φιλαλήθως, προσηνῶς, penacuta ex circumflexis.

Tria hæc circumflexa, ἀγνῶς *ignoranter*, ἀνακῶς, *regaliter*, βεβαιωθῶς, *gravatè*, originem deducere videntur ex genitivis, ἀγνῶτων, ἀνακότων, βεβαιωθότων, extrito, τ, & contractis vocalibus.

Reliquæ dictiones, cum adverbiascunt, servant tonum; ut εὐθὺς δηρὸν, εἶη, ἀμέλει, πλησίον, ἤδη, ὁμοῦ. Excipiuntur neutra quædam:

1°. In ες. Omnia ab ἔτος *annus* acuunt antepenultimam; ut οὐδ' εἰ πεντάετές γε καὶ ἑξάετες Od. γ'. v. 115. Sic ἤδηθες, ἐπίτηδες.

2°. In α; ut σφόδρα à σφοδρός. Omnia item facta ex neutris penacutis in εα, abjecto ε, tonum retrahunt; ut τάχα, ὦκα, ex ταχέα, ὠκέα.

3°. Particularia. ἑκοντὶ, ἑλεῖν, ἡσυχῇ.

Δίτονα sive Πολύτονα.

1°. Eâdem manente significatione: Αἲ vel αἴ *heu*, ἆσσον, & ἄσσον *propius*, ἐνδοῖ & ἔνδοι *intus*, εὐθυωρὸν & εὐθυωρὸν *recto tramite*, ἠνίδε & ἤνιδε *ecce*, κατακάρα & κατάκαρα *super caput*, κατένωπα & κατενῶπα *coram*, παρὲξ & πάρεξ *extra*; πρωὶ & πρωΐ *mane*, τῆ & τῆ *quare*:

2°. Diversæ originis; ut ἀτέχνως ab ἄτεχνος, ἀτεχνῶς ab ἀτεχνής: ἐμπέδως ab ἔμπεδος, ἐμπεδῶς ab ἐμπεδής: διαπαντὸς à διὰ παντὸς, διάπαντος à δι' ἅπαντος: ἐπίτηδες ex neutro, ἐπιτηδὲς pro ἐπιτηδείως: κατακρῆθεν ἐκ τοῦ κάρη, κατάκρηθεν ἀντὶ τοῦ κατ' ἄκρης Eust.

3°. Diversæ significationis: οὐκοῦν *nonne*, οὔκουν *non sane*.

Quædam *indefinitè* sumpta tonum gerunt plerumque in fine, eadem verò *interrogativè* accepta semper in priore:

Ὁτὲ & ὅτε interdum *aliquando*:	Ὅτε *quando?*
Ποτὲ *aliquando*:	Πότε *quando?*
Ποθὲν *aliunde*:	Πόθεν *unde?*
Ποθὶ *alicubi*:	Πόθι *ubi?*

Con-

Conjunctionum accentus legantur pag. 120.

Præpositiones omnes, tono affectæ, acuuntur in ultimâ.

Dissyllabæ pro verbis usurpatæ, in primâ acuuntur; ut οὐκ ἔνι Ἰουδαῖος Galat. 3. 28. οὐκ οἱ ἔνι φρένες οὐδ' ἠβαιαί Il. ξ'. v. 146.

Itidem postpositæ casibus: apud oratores περὶ; ut εἰρήνης πέρι Herodot. apud poetas cæteræ dissyllabæ; ut Διὸς πάρα Il. τ'. v. 4. præter ἀνά, διά; μὴ συνεμπέσῃ ἡ μετὰ τῇ ἀνακλιτικῇ, ἢ ἡ τῇ Διὰ αἰτιατικῇ Gaza pag. 602. Non rarò tamen negligitur iste ἀναστροφή etiam in reliquis, ut Ξάνθου ἄπο δινήεντος Il. β'. v. ult. ποταμοῦ ἄπο Σελλήεντος Il. β'. v. 839. Idem Gaza ibidem (quem rescribit Wintertonus in vers. 51. & 130. l. 1. Ἐργ. Hesiodi) satis acutè, alii dixerint quàm verè, tonum retrahit præpositionis, quæ inter adjectivum & Substantivum immediatè collocatur; ut Διὸς πάρα μητιόεντος Hesiod. Ἐργ. lib. 1. v. 51. ἱεροῖς ἔπι βωμοῖς ibid. v. 135. Quod si alia dictio interjecta præpositionem ab utrovis separaverit, onus in fine est; ut Παυρίδιον ζώεσκον ἐπὶ χρόνον ibid. v. 132. In superioribus verò locis Stephanus, uti in præpositionis utralibet collocatione Scriptores alii, accentum ubique in ultimâ statuunt. Quin & præpositio casui postposita, & Synalœpham passa, secundùm Gazam & Wintertonum destituitur accentu; apud Stephanum atque alios acuitur; ut τόνδε μετ' Hesiod. Ἐργ. l. 2. v. 186. δμώων κάτ' Ὀδ. χ'. v. 291.

Hic quemadmodum superiùs in fine nominum, subjungantur paucula ἑτερότονα; nempe ea quæ in lexicis quibusdam, aliam, quàm quæ modò ex Stephano appicta est, notationem subeunt:

Ἀνάδυμι B.C. ἀπόσκλημι S. πρόσω F. κάτεχον Eust. qui (ad versum 569. Il. α'.) canonem præscribit retrahendi in composito tonum simplicis trochaici, cujus penultima vocalis brevis est. Ἦρεμα & ἠρεμά S. αὐταρκῶς B. αὐταρκῶς & αὐτάρκως C. αὐτόσχεδον B. C. οὐδαμόθεν H. χάμαζε & χαμάζε B.C. χάμαζε H. χαμάζε S. Τοῖός-δε B.C. sic in Ind. Stephani: sed in tomo rectiùs τοιός δε. οὐδαμόθεν in Indice, in tomo οὐδαμόθεν.

Hactenus de communi loquendi formâ dictum est: à quâ duplex fit variatio per Figuras & Dialectos.

FIGURÆ.

Figura est quadruplex: 1°. Orthographiæ, 2°. Etymologiæ, 3°. Syntaxeos, 4°. Prosodiæ.

Figuræ Orthographiæ:
Metathesis & Antithesis.

Metathesis est literarum transpositio; ut γνυός pro γόνυος; præcipuè ante vel post ρ; ut κάρτος pro κράτος, ἔδρακον pro ἔδαρκον.

Antithesis est literarum commutatio; ut πόῤῥω pro πόῤῥω; sæpissimè ττ pro σσ; ut θάλαττα pro θάλασσα, ὀρύττω pro ὀρύσσω.

Figuræ Etymologiæ, quæ & Orthographiæ rectiùs in quibusdam vocibus dici possunt:

Metaplasmus, Prothesis, Aphæresis, Epenthesis, Syncope, Paragoge, Apocope, Synalœpha.

Metaplasmus

Est mutatio terminationis, præcipuè in dativis nominum. Singulari 1æ. simplicium; ut ἀλκὶ pro ἀλκῇ. Singulari & plurali 3æ. simplicium; ut παρθένι pro παρθένῳ, σάββασι pro σαββάτοις.

Prothesis

Est appositio literæ vel syllabæ in principio dictionis; ut σμικρός pro μικρός. Sæpe præfigitur ε; ut ἐέλδομαι pro ἔλδομαι, ἐώρακα pro ὥρακα. Anadiplosis dicta est, quando prima vocis syllaba vel consona iteratur; ut κέκαμον pro ἔκαμον.

Aphæresis

Est ablatio literæ vel syllabæ à principio; ut αἶα pro γαῖα: frequentiùs ε aufertur; ut μοῦ pro ἐμοῦ, κεῖνος pro ἐκεῖνος. Vocatur ἄρσις quoties reduplicatio perfecti tollitur; ut δέχθαι pro δεδέχθαι.

Epenthesis

Est interpositio literæ vel syllabæ in medio; ut πτόλις pro πόλις, ἐνέπε pro ἔνεπε. Adsciscitur sæpe ι post ε, υ post ο; ut ξεῖνος pro ξένος, νοῦσος pro νόσος. Variis hæc figura insignitur appellationibus, vocatur enim 1°. Epectasis, quâ interponitur vocalis, vel consona cum vocali, augens syllabas; ut ἀδελφειὸς pro ἀδελφὸς, ἐδήδοκα pro ἔδηκα. 2°. Parenthesis, seu propriè dicta Epenthesis, per quam subjunctiva præpositivæ adjicitur; ut καλαὶς pro καλὰς. 3°. Diplasiasmus, duplicatio consonæ ejusdem; ut ὁππότερος pro ὁπότερος. 4°. Paremptosis interpositio consonæ diversæ; ut μαλθακὸς pro μαλακός.

Syncope

Est ablatio literæ vel syllabæ è medio dictionis; ut οἶμαι pro οἴομαι, εὑράμενος pro εὑρησάμενος. Heb. 9. 12. Ex genitivis 3æ. excidunt ε, δ, τ; ut πατρὸς pro πατέρος pag. 9. τίγριος pro τίγριδος pag. 21. κέραος pro κέρατος pag. 12. &c. Variè & hæc figura appellatur. 1°. propriè Syncope, quum excinditur syllaba; ut κυνὸς pro κυονος. 2°. Ellipsis, quando vocalis adimitur subjunctiva; ut ἕταρος pro ἑταῖρος. 3°. Parellipsis, quæ consonam tollit unam ex geminatis; ut ἔριπον pro ἔῤῥιπον. 4°. Ecthlipsis, quæ consonam quamcunque aliam extrudit; ut τίγρις, κέρας, &c.

Paragoge

Est adjectio in fine; ut ἦσθα pro ἦς. Subjungitur ι crebriùs; ut οὗτοσὶ pro οὗτος, λόγοισι pro λόγοις.

Quædam

Quædam nomina 2æ. 3æ. & 5æ. simplicium, & 1æ. contractorum augentur syllabis φι & φιν. In nominibus 2æ. α vel η semper immediate præcedunt φι & φιν; ut ἀγρηίαφι, εὐνῆφι: verso sæpe α in η; & utrisque nonnunquam in ο; ut βίηφι pro βία, ἐσχαρόφι pro ἐσχάρα, αὐτόφι pro αὐτῇ. Nominibus in ος & ον 3æ. & genitivis fœmininorum in ων όνος 5æ. adhærescunt φι vel φιν, abjectâ ultimâ consonâ σ vel ν; ut στρατόφι à στρατὸς, ὀστεόφι ab ὀστέον, μελεδόνόφι à μελεδὼν-όνος: his adde ναῦφι à ναῦς Il. θ'. v. 474. Ex nominibus 5æ. neutra tantum in ος assumunt φι vel φιν, verso ο in ε; ut στήθεσφι pro στῆθος: legitur & ἐρέβεσφι Il. ι. v. 568. Hæ voces indeclinabiles usurpantur per omnes numeros & casus.

Apocope

Est detractio à fine; ut ἶρι pro ἶριον.

Mutationem hanc sustinent nomina 5æ. simplicium per omnes casus singulares. Nom. ut δῶ pro δῶμα. G. ut Αἴαν pro Αἴαντος. D. ut δαῖ pro δαΐδι. A. ut Ἀπόλλω pro Ἀπόλλωνα. V. ut ὦ Λαοδάμα pro Λαοδάμαν. In duali & plurali 5æ. contractorum ε & α finales sæpe auferuntur; ut γέρα &c. pag. 12.

Non raro plures simul concurrunt figuræ; ut οἶσθα pro οἴδασθα, ab οἶδας per Paragogen & Syncopen; ἐτήτυμος pro ἔτυμος per Prothesin & Antithesin, &c.

Sunt & aliæ multiformes figurarum complicationes & fide parum dignæ metamorphoses, quales γέντο pro ἕλετο, &c. prorsus difficiles nugæ, quæ ab Etymologo & Varino magnâ copiâ congeruntur.

Synalœpha seu Thlipsis

Est elisio vocalis ante vel post alteram; complexa in se Apocopen & Aphæresin: modò enim fini, modò initio literam vel syllabam detrahit, Utriusque index Apostrophus est. Græci enim vocalem vel diphthongum, quam elidunt, in scriptione prorsus omittunt; contrà quàm faciunt Latini.

In fine dictionum: Vocalis naturâ vel usu brevis ante vocalem vel diphthongum sequentem eliditur; ut ἐπ' ἐμέ. Relicta tenuis consona, ante vocalem spiritu aspero notatam, in aspiratam vertitur; ut ἐφ' ἡμᾶς. vide pag. 3. Apud poetas diphthongi αι, rariùs οι, breves cùm fuerint ratione accentuum, abjiciuntur; ut Βούλομ' ἐγὼ Il. α. v. 117. Ὅς μ' ἔθελεν φιλότητι μιγήμεναι οὐκ ἐθελούσῃ Il. ζ'. v. 165. Rarissimè longæ η vel ου; ut εἰλαπίν' ἠὲ γάμος Od. α. v. 226. εὐφροσύν' ὀλβιόμοιρα Orph. hymn. in lunam. ἑκαστοτέρω ἐμ' ἀποικεῖς pro ἐμοῦ. Theocrit. Idyl. 15. v. 7. Elidunt interdum poetæ brevem ante consonam, præsertim in præpositione παρὰ; ut παρ μὲν οἱ ὥρια κεῖται Theocrit.

Oratores nonnunquam in fine clausulæ, sicuti in fine carminis poetæ, utuntur synalœphâ, si dictio insequentis membri à vocali inceperit;

rit; ut ὀ μὰ Δί'. ὅτι τ̃ Κρεῖσσον γδ &c. Lucian. Menipp. & Æac. ὡς οἷόν τε μάλιςʼ, ἀπεδείξατε Demosth. in Midiam.——ἐρυκέμεν εὐρύοπα Ζῆν' Αὐτοῦ——Il. θ'. v. 206, 207.

Elisionem pro arbitrio negligunt poetæ; ut τοῦτο ἔπος νημερτὲς ἔειπας Il. γ'. v. 204. Oratores constanter observant in præpositionibus: περὶ tamen & πρὸ poetis, eædem & ἀμφὶ oratoribus, vix unquam admutilantur.

Est tamen, ubi in prosâ aliæ quædam præpositiones non eliduntur: apud Demosthenem de coronâ, ἀντὶ semel; ut ἀντὶ Ἑλλήνων. ἐπὶ decies in ψηφίσμασι.

Quinetiam plurimæ aliæ dictiones in prosâ interdum patiuntur synalœpham; frequentiores in α finitæ: quarum exempla suppetunt ex Demosthenis oratione de cor. per Morellium editâ Paris. Anno 1570. Substantiva neutra 5æ. simpl. in plurali; ut ἀδικήματα, μηχανήματα, πράγματα, ὑπομνήματα. rariùs in singulari; ut ἀδίκημα.

Adjectiva neutra 3æ. simpl. in plurali, ut ἄλλα, ἕτερα, πολλὰ, ὅσα, σύμμαχα. 5æ. simpl. in plurali; ut πάντα cum compositis: in accusativo etiam masculino singulari, alicubi.

Participia itidem 5æ. in neutro plurali: ut ὄντα, προσόντα: & in accusativo singulari masculino: ut γράψαντα, ἐρωτῶντα. Nonnullibi & neutra 3æ. in plurali.

Verba potissimùm in ε, 2æ. pluralis: ut ἀπαγγείλατε, βούλεσθε, ἐστὲ, ἔχετε, ἥκετε, οἴεσθε, ὁρᾶτε, ὑπάρχετε: in ο, 3æ. singularis; ut γένοιτο, ἐβούλετο, ἐξεπέμπετο, ἐξήρπαστο, ἐπορεύετο, ὤχετο. 3æ. itidem pluralis: ut ἐγίνοντο: infrequentiùs in ι, sive 1æ. optativi: ut εἴποιμι: sive 3æ. verborum in μι: ut ἐστὶ, cum compositis. Perpauca in α: ut οἶδα.

Adverbia tam in α finita, quam in aliâ brevi: ut ἡνίκα, δεῦρο, &c.

Certæ quædam dictiones penè ubique minuuntur: ἀλλά, δέ, τέ, εἶτα, ἔπειτα, μάλιστα, ἕνεκα, ἵνα, τοῦτο, ταῦτα, Δία in jurando.

Iteratur thlipsis eleganter γοργότητος sive celeritatis causâ: ut ἂν δ' ἐφ' ἃ: ἀλλ' ἐφ' οἷς: ἀδ' ἀφ' ἧς: ταῦτ' ἐσθ' ἅ: ἔπειθ' ὅπερ ὅτι μάλισθ': ἅπανθ' ὅσα βούλεσθ' ὑμεῖς: &c. Demosth. de cor. Perfrequenter apud poetas: ut χαλέπ' ἄλγε' ἐπ' ἀλλήλοισι Il. ε. v. 384.

In Novo Testamento solæ fere præpositiones & ἀλλά vocalem abjiciunt. Ἀμφί, ἀνά, περί, πρό, nunquam amittunt, reliquæ in sequentibus locis servant.

Ἀντὶ Matth. 2,22. 5,38. 17,27. Luc. 11,11.

Ἀπὸ Matth. 1,17. 2,1. 8,11. 15,1. 26,29. 24,27. 27,9, 51, 57. Marc. 3. 8,22. 7.1,4. 10,46. 15.38,43. Luc. 8,43. 16,18. 19, 42. 23,51. 24.13.47. Act. 1.4,12. 17,27, 25,7. 8,26. 11,27. Roman. 11,26. 15,19. 1 Corinth. 7,10. Galat. 4,24. Coloss. 1,7. Heb. 11,34. 2 Tim. 2.19. Jud. 14. Apocal. 1,5. 7,2. 16,12.

Διά

Διὰ Matth. 4,14.8,17.12,17.27,9. Johan. 1,17. Act. 10,36.28, 25. Rom. 2,16.5,21 7,25.16,27. 2 Cor. 4.5.11,14.5,7. Galat. 1,1. Ephes. 1,5 3,9. Philipp. 1,11. Tit. 3,6. Heb. 7,9. 1 Pet. 2,5.4,11.

Ἐπὶ Matth. 10,18.21,5.24,7. Marc. 2.21,26.13.8,9.16,18. Luc. 3, 2.4.25,27.11 17.15,7. bis. 21,10. Act. 4,9.13,31,19.10,34. Rom. 10, 19. Eph. 2,10. 1 Thessalon. 4,7. Heb. 11.30.

Κατὰ Luc. 23,17. Act. 3,17.22,3.26,;. Rom. 3,5.16,25. 1 Cor. 3, 3.9,8.15,32. 2 Cor. 11,21. Galat. 1,11.2,2.3,15.4,28. Eph. 3,3. Philip. 2,3. Philem. 14 bis. 1 Pet. 4,6.

Μετὰ Matth. 26.69. Marc. 1,29.15,28. Luc. 22,37. Johan. 3,25. Act. 7,45.24,18.27,10.28,17. 1 Cor. 6,6. 2 Cor. 6.15,16. Galat. 1, 18.3,17. Philip. 4,6. 2 Thessal. 3,12. 1 Tim. 2,9.4,3,4,14.6,6. Heb. 7,21.9,19.10,22.11,9.12,28.

Παρὰ Matth. 28,15. Marc. 10,27. Luc. 19,7. Johan. 1,40.5,34. 41,44. Galat. 1,12.

Ὑπὸ Matth. 2,17.3,3.8,9.11,7. Marc. 1,9. Luc. 7.8,24.21,24. Act. 10,22 bis. 1 Cor. 4,3.10,29. Galat. 3,22.4,2.5,15. Jacob. 3,4. Jud. 12. 1 Pet. 2,4.

Ἀλλὰ in his Matth. 9,18. Marc. 2.17.22.17,5. Joh. 6,39.10,1.11. 51,54. 1 Cor. 6.6,8,& 11 bis. 15,39. 2 Cor. 1,9.2,13.5,12. Heb. 5, 4. Galat. 4.2,17. 2 Johan. v.5. Apocal. 10,7.

Aliæ dictiones per N. T. vix unquam perimuntur: legitur tamen τοῦτ' ἔστι Matth. 27,46. Marc. 7,2. Roman. 10.6,7,8.

Est ubi δὲ cum compositis privatur vocali Matth. 18,6. Marc. 3,29. 8,35. Luc. 10.8,10. 1 Cor. 14,21. Heb. 8,4.9,18,25.13,5.

Omissio hæc Synalœphæ in sacrâ paginâ, studiosis in imitationem minimè commendatur.

Denique in solutâ oratione ratio & norma Synalœphæ est Euphonia, & numerus oratorius: In eâdem enim clausula quandoque eædem voces & retinent & abjiciunt vocalem; ut in orat. de cor. εἶθ' Ἡγήσιππος, εἶτα Ἀριστοφῶν pag. 148. l. 1. οὔτε ἄποινα, οὔτ' ἄλλο οὐδὲν pag. 181. l. 27. μήτ' ἐπὶ, μήτε ἦν pag. 172. l. 15. ἐδίδασκες γράμματα, ἐγὼ δ' ἐφοίτων: ἐτέλεις, ἐγὼ δ' ἐτελούμην: ἐχόρευες, ἐγὼ δ' ἐχορήγουν: ἐγραμμάτευες, ἐγὼ δ' ἐκκλησίαζον: ἐτριταγωνίστεις, ἐγὼ δ' ἐθεώρουν: ἐξέπιπτες, ἐγὼ δ' ἐσύριττον: ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ἐπολιτεύσω, ἐγὼ δ' ὑπὲρ τῆς πατρίδος pag. 148. l. 10.11. &c.

Porro elegantiores, & magis Attici scriptores concursum plurium vocalium tam in diversis quam in eisdem dictionibus, propter hiulcam, quam pariunt, κακοφωνίαν, anxie devitant: proinde uti concurrentes in eodem vocabulo contrahunt vocales; ita in pluribus, ubi coeunt, priorem, quantum licet, consonâ ν ἐφελκυστικῷ claudunt; aliàs sæpe elidunt.

In initio dictionum: Initialis brevis post finalem longam apud poetas non raro perimitur; ut ὦ 'γαθὲ Theocrit. Id. 5. v. 16. ἡ 'ρετὴ Euripid. ἀρετὴ 'στι Theogn. v. 147. μέλλω 'ξεμεῖν & ποιεῶ 'σκεδασμὸς Aristoph.

Ubicunque hæc elisio contigerit in initio vel fine, dicuntur voces synalœpham pati, propter continuationem soni: properantius enim efferuntur, nullo facto interstitio, ac si essent vox una.

Synalœpha propriè dicta dictiones (post factam thlipsin, synæresin vel crasin) in unam contrahit.

Thlipsis fit: vel per apocopen; ut τἀργύρειον τ' αὐτὸ Aristot. vel per aphæresin; ut τἄργα τἀμὰ Soph.

Longa perimit brevem vel ancipitem sequentem; ut μὴνδίκα pro μὴ ἔνδικα Aristoph. τὠνδρῷ pro τῷ ἀνδρῷ Theocrit.

Articulus præpositivus nonnunquam abjicit longam ante brevem; ut ἐκ τ' ἀφανοῦς Lucian. παρὰ τἀνδρὸς Aristoph. ἐν τ' ἀγαθῷ Dionys. Semper ferè ante longam; ut θὐμετέρου pro τοῦ ἡμετέρου Aristoph. θἠμέρα pro τῇ ἡμέρα Sophocl.

Synæresis valde infrequens est; ut θοἰμάτιον pro τὸ ἱμάτιον Aristoph.

Usitatissima Crasis, ubique subscripto ι diphthongi, si exciderit; ut τοὐλάχιστον pro τὸ ἐλάχιστον, ἐγῷμαι pro ἐγὼ οἶμαι Lucian.

Occurrunt hæ voces in N. T. per crasin coalitæ; κἀγὼ Matth. 16. 18. κἀμοὶ Luc. 1. 3. κἀμὲ Joh. 7. 28. κἀκεῖνος Luc. 11. 7. κἀκεῖ Matth. 5. 13. κἀκεῖθεν Act. 14. 26. τοὐναντίον Galat. 2. 7. τοὔνομα Matth. 27. 57. τουτέστι Roman. 7. 18. atque alibi.

Quoniam verò multifariàm variatur hæc crasis pro varietate dictionum, quæ coalescunt, usitatiores quasdam mutationes, per præpositivum ὁ & copulativum καὶ, describere suffecerit.

Articulus ὁ vel οἱ, sequente α; τὸ sequente η vel οι; τὰ cum ο, communiter fit ω; ut ὥνεμος pro ὁ ἄνεμος, ὥρνες pro οἱ ἄρνες: θἄμισυ pro τὸ ἥμισυ: τῳκίδιον pro τὸ οἰκίδιον: τὦστέα pro τὰ ὀστέα. ὁ vel τὸ sequente ε vel ο; οἱ sequente ο, fit ου; ut οὑμὸς pro ὁ ἐμὸς, οὔλυμπος pro ὁ ὄλυμπος, τοὐμφανὲς pro τὸ ἐμφανὲς, τοὔνομα pro τὸ ὄνομα, οὑμοὶ pro οἱ ἐμοὶ: ο cum ε interdum fit ω; ut ὤλαφος pro ὁ ἔλαφος.

Καὶ, sequente ἀ, ἐ, vel εἰ, fit κᾀ; ut κᾂν, κᾀγὼ, κᾀτα: sequente οἰ vel ὀ, fit κῳ; ut κῷνον pro καὶ οἶνον vel καὶ ὄνον.

Πρὸ etiam, sequente ε vel ο, contrahitur in ου; προὖργου, προὐλίσου, pro πρὸ ἔργου, πρὸ ὀλίσου.

Voces per synalœpham contractæ unico notantur accentu, cujus sedes semper eadem est; ut τἄρχαῖα, ὥνθρωπος. Dissyllabæ penultimam, prius acutam, ex crasi modo productam, circumflectunt; ut τοὖργον, τοὖπος, ὦνδρες.

Spiritus utriusque dictionis servatur, quoties utraque à vocali incipit, &

& prior est dissyllaba ; ut ἐγῷδα. Prior monosyllaba tametsi elisa, suo spiritu posteriorem notat ; ut ἅπαθεν pro ἃ ἔπαθον, ὥδωνις pro ὁ Ἄδωνις. Quod si prior incipiat à consona, posterioris spiritus remanet loco apostrophi ; ut τἀληθὲς, τἀναντία, χὤπως : amittitur frequentiùs in τὐτέςι.

Propter vocalem aspiratam sequentis, præcedens consona tenuis aspiratur, notam aspirationis in se sæpissime absorbens ; ut θαμάξιον pro τὸ ἁμάξιον, φρὖδος pro πρόοδος, φροιμιάζω pro προοιμιάζω. Similiter cum vocalis in fine non sit elisa ; ut θοἰμάτιον.

Hujusmodi voces collisæ si non cohæreant, suæ notæ singulis appinguntur ; ut ὦ 'ξ, χ' ὡ 'κ, ὦ 'νθρωπε.

Verùm immunem quasi à legibus licentiam sibi indulgent scriptores, qui in vocibus per synalœpham conflatis tum spiritum tum accentum variant : nonnulli enim valde ἀνωμάλως scribunt ὤλλοι pro ὦλλοι, ὤρνες pro ὦρνες &c. in quibus dissyllaba longa ante brevem acuitur, spiritúsque nominis, non præeuntis articuli appingitur ; contra regulas modò præscriptas.

Obtruditur quandoque spiritus tenuis pro aspirato ; ut ἐμὐποδώει pro ἐμοὶ ὑποδώει Lascar. 95. pag. quandoque consona tenuis ; ut Κὤταν ex καὶ ὅταν pro χὤταν Id. 7. v. 53. rariùs consona & nota aspiratæ ; ut θὤτερον Id. 11. v. 32.

Τὔνεκα potiùs vox compositiva quam per figuram contracta, consonam cum spiritu tenuem habet ; in qua ἕνεκα ε cum spiritu penitus amittit, defectu per apostrophum suprà notato. Idem de aliis, siqua istiusmodi reperiantur, judicium esto.

At neque prorsus authores eadem semper utuntur scriptura : legimus in Herodoto ὦλλοι l. 1. p. 18. ὤλλοι l. 2. p. 103. Sic apud Portum lexico Ionico, sed in Dorico ὤλλοι. Sylburgius, in Etymologi indice, utrumque ponit ὦλλοι, ὤλλοι. At meliùs alibi analogiæ memor, ὥειςος quàm ὤειςος scribendum docet. Rectè Stephanus suo in Indice exponit ὥειςος, ὁ ἄειςος : ὦειςε ὦ ἄειςε : qui accuratè & diligenter consimilibus analogam notationem adscribit ; at ὦλλος, ὦλλοι, non ὤλλος, ὤλλοι. Quod si alia scriptio obvenerit ; ut in Theocrito per ipsum edito Id. 18. v. 19. σφάλμα censendum est : aut, quod in Porti excusationem dici potest, dialectus. Caninius vult ὤειςος *Æolicè*, ὥειςος *Ionicè*, (rectiùs *communiter*) scribi. p. 70.

Sunt qui spiritum utriusque addunt ; ut 'οὐπίτειπτος, ὁ 'πίτειπτος Steph. in Ind. & Tom. 3. Thes. & Paralipom. pag. 85. Idem tamen regularius in Ind. & Tomo exhibet cæteras voces cum unico spiritu articuli ; ut οὑμός, οὕτερος &c.

Probè distinguere oportet synalœpham quæ fit per solam thlipsin ab ea quæ consurgit ex crasi : diversæ enim sunt & nota & quantitas.

Crasis enim producit vocalem & praeponit illi notam; ut τᾆμά: Thlipsis quantitatem non mutat, & notam postponit; ut τ᾽ ἀμά: Utraque admittit coalitionem: quamvis Steph. videtur disjungere voces, quibus sola thlipsis intervenit; ut τὰ ᾽μά: servato accentu prioris. Paralip. p. 85.

Porro post quamcunque elisionem cautè observetur scriptura, ne oriatur de voce mutata dubium; ut γαλήν᾽ ὁρῶ Arist. ran. *tranquilla video*, non γαλῆν ὁρῶ *mustellam video*: τηνδ᾽ ἐμοῦσαν εἰσάγων Plutar. in Symp. *hanc vomentem inducens*, non τηνδὲ μοῦσαν εἰσάγων *hanc musam inducens*. Adhibenda est cautio eadem in augendis vocibus, nam οἷός τ᾽ εἰμὶ significat *qualiscunque sum*, οἷός τε εἰμὶ *possum*.

Solebant ex priscis scriptoribus nonnulli spiritum dictionis in compositione postpositae servare; ut Ἐνυάλιος, μελιηδής: interdum & tenuem pro aspero accipere; ut Ἐυαίμων. Distinctionis ergô adhibuerunt tenuem in propriis; asperum in appellativis; ut Φίλιππος *Philippus*, φίλιππος *amans equorum*: sic ἀσχίαλος & Ἀσχίαλος vide Eustath. Il. ξ. v. 79. & Od. α. v. 105. Idem factitarunt nonnulli in compositis cum πρὸ, post contractionem; ut φρουχώρει, φρουβαινε &c. quam scripturam meritò Stephanus rejicit Paralip. p. 87.

Caeterùm de vocibus figuratè contractis inter viros graves non levis controversia oboritur, an vocalis ι loco suo exclusa perpetuo subnotari debeat: quam subscribendam autoritas & ratio postulant juxta reg. p. 3. Veritatem hanc ità universim amplexi sunt Grammatici, ut eorum nemo quotquot ad manus nostras devenerunt (Sylburgio, Gualptero & Rhenio exceptis) diversum senserit. In emendatissimis exemplaribus punctum habent subjectum, Lascaris; ut κᾀγὼ p. 98. Gaza; ut κᾀπὶ p. 601. l. 5. Cleonardus cum Antesign. ut κᾀμοὶ &c. p. 229. Moquotus; ut κᾀμοῦ &c. p. 224. Ramus: ut κᾀγὼ p. 294. Scotus: ut κᾀκεῖνος &c. p. 314. Caninius: ut κᾄγὼν &c. p. 23. Crusius: ut κᾀγὼ p. 877. l. 5. Gretzerus: ut κᾄν &c. p. 298. Vossius p. 160. &c. S. S. Biblia editionum omnium, Libri à Stephanis excusi, à Turnebo, Aldo, &c. Julius Pollux, Budaeus, Wolfius, Scaliger, Casaubonus &c. Aliorum, qui multo plurimi sunt, nomina missa facimus: quae infra in testimonium rei non dissimilis adducuntur.

Subscriptionem negligunt antiquiores, Etymologus, Hesychius, Favorinus, Eustathius, Æmilius Portus: moderni, Frobenius, Gul. Morellius in Demosthene, & prae aliis Wintertonus: quibus elisa ι ex diphthongo praecedente, praecipuè καὶ, aboletur: ut καὶ ἄν, κἄν: & subnotatur solum ex sequenti: ut ὁ ἀιπόλος, ᾧπόλος. Argumenti, quod afferunt, sensum facilius assequentur tyrones, si meminerint: 1. quod propter vocalium concursum fit thlipsis. 2°. quod vocales

per crasin duæ vel plures in unam coeunt. 3°. Si per crasin facta vocalis rursus subjectum recipiat ι, in diphthongum migrat per synæresin: Quibus præcognitis argutè disputat Wintertonus [forsan, ex Etymologo, ad voces τῆμῆ vel ἐμῷκυμόρῳ; aut ex Porto, ad vocem ὦλλοι] fieri non posse synæresin ex ι mediâ inter vocales per crasin coalescentes, ideoq; thlipsin inducit, quæ abradit ι intermediâ antequam Crasis extremas collidit, nempe ex καὶ ἄν καὰν, κἄν; ex οἱ ἄλλοι, ὁ ἄλλοι, ὦλλοι. Mirum sanè θλίψεως commentū! Subtilissima circumlocutio! Quid moras nectimus tyronibus? citra opem alterius figuræ, quàm expeditè fit crasis, καὶ ἄν, κᾆν; οἱ ἄλλοι, ᾧλλοι? Diphthongi elidi subjunctivam, manente præpositivâ, quis in poesi concesserit? in prosâ quis tulerit? Post vocales, non inter ipsas, positam ι excidere, & subnotari? satis dogmaticè. In extremis vel medio, ubique ι immutabilis est; subscriptio ipsius non ex positione, sed ἀμεταβολία provenit; quæ cum omninò sit mutationis expers, semper post crasin superest integra, non interempta, non variata, nisi ubi in locum illius succedit altera subjunctiva; ut ἐμοὐποδύνει pro ἐμοὶ ὑποδύνει: aliàs individua comes vel adhæret vel subjicitur; ut τὸ ἱμάτιον, θοιμάτιον; καὶ ἐγώ, κᾀγώ.

Quod si duæ simul ι concurrant, punctum unum utriusque index est; ut καὶ εἶτα κᾆτα.

Lascaris cum quibusdam aliis mentionem θλίψεως facit, minimè sanè rejiciendam, si significet *extrusionem* non *expunctionem* vocalis ι; quam quidem per crasin solvi, loco extrudi, & infrà poni nemo non fatetur: ibidem tamen punctum subnotat, ubi thlipsin agnoscit pag. 94. & alibi. Etymologus (ad verba Homeri, τῆμῆ, τῷμῷ & ἐμῷκυμόρῳ) dicit: ἐκθλίβεται τοῦ ἄρθρου τὸ ι, καὶ κίρναται τὸ η vel ω cum ε εἰς η vel ω, χωρεὶς τοῦ ἰῶτα: ex quibus verbis existimantur alii θλίψεως asserendæ rapuisse ansam, quæ ab Authore non datur. Eustathius enim tum Romæ, tum per Froben. editus, Stephanus &c. elidunt ε & appingunt ι sub η vel ω. Æmilius Portus, qui (ad voces ὦλλοι, ὤρνες) θλίψιν exponit, alibi subjunctâ ι facit synæresin; ut κᾆξ, κᾀμφιστειλαμένα &c. in Lexico Dorico. Cùm itaque nihil certi proferatur ab hujus puncti adversariis, ex generali regulâ, usúque probatissimo retinenda semper est ipsius notatio; neque fidem receptæ veritatis elevet unus vel alter, qui contra torrentem scriptorum penè omnium scaphâ impellere nituntur. Permovit fortasse eos omissum aliquando hoc punctum, vel distinctionis causâ; ut χὠ pro καὶ ὁ, χὠ pro καὶ οἱ: vel etiam more Dorico; ut rectè Scotus pag. 119. & 314.

Non alio commodiùs referenda est disceptatio de puncto verbis subscripto, præcipue Infinitis in ᾶν.

Infiniti-

Infinitivus in ᾶν sub se exigit ι. per. reg. p. 5. l. 19.

Gaza format præsens infinitivi à præsenti indicativi, addito ν, p.216.l.2. (Caninius etiam p. 77. affirmat *Gazam velle diphthongum in omnibus infinitivis*) Lascaris itidem p.259. qui disertis verbis fatetur subscribi ἀνάλόγως p. 200. & rursus p. 293. ubi subnotationem puncti fusiùs persequitur. Grammaticos sui sæculi idem sensisse perhibet Urbanus p. 212. Posterioris ævi, Sylburgius, Ramus, Crusius, Rhenius, Gualpterus, Cleonardus, Gerson, Vossius, atque alii quos vidimus: Editiones omnes SS. Bib. veteres scholiastæ in Dramaticos, libri quotquot à Stephanis evulgati, constanter subnotant. Idem faciunt Viri Ἑλληνικώτατοι, (quibus singulis specimen unius saltem operis hic adjicitur:) Julius Pollux in Onomastico, Æmilius Portus in Lexicis, Budæus in commentariis, Wolfius in Demosthene, Benedictus in Luciano, Scaliger in Eusebii Cronicis, Casaubonus in Strabone & Polybio, Savilius in Chrysostomo, Carolus Morellius in editione patrum Parisiensi, Plantinus in Stobæi Eclogis, Aldus in Demosthene 1527. in Themistio 1534. Petavius in Epiphanio, Grotius in Evangeliis, Salmasius in commentariis ad Simpliciũ, Heinsius in suis annotationibus ad poetas, Wintertonus in minoribus poëtis, Duportus in Ecclesiaste. Quid opus est catalogo? Omnes penè, qui editiones librorum elegantiùs adornârunt, uno quasi consensu subnotationem comprobant. Ratio subnotandi est:

1ª. Regula superiùs posita. 2ª. Analogia, cujus suprà meminit Lascaris, τιμάειν τιμᾶν sicut τιμάεις τιμᾷς: præsertim quum ι sit quodammodo characteristica infinitivi activi; ideoque Æoles adscribunt ι verso ᾶν in αις, ut γελαῖς pro γελᾶν. 3ª. Distinctio: quis enim, dempto ι, genit. Doricum τιμᾶν, νικᾶν, & infinitivum τιμᾶν, νικᾶν poterit internoscere?

Ex veteribus tamen nonnulli, pauciores ex modernis subscriptionem negligunt. Theodosium, Herodianum, Etymologum, Urbanum, Caninium, Scotum eâ mente fuisse docet regula ab aliis per manus tradita & accepta. Hesychium, Favorinum, Eustathium, Didymum editiones solæ in id consensisse arguunt. Quibus accenseri possunt Turnebus in Philone & Sophocle, Frobenius in Josepho, Gulielmus Morellius in Demosthene, Claudius Morellius in Libanio & Chrysostomo, Sonnius in Dionysio Areopagitâ & Basilio, Aldus in Platone membranis impresso & in Isocrate, aliique perpauci obscurioris notæ, quia ex incuriâ forsan, ne dicam inscitiâ, punctum hoc omisisse existimentur.

Theodosius, & Herodianus hujus sententiæ Patres præsens infinitivi circumflexi ab imperfecto arcessunt: Dura nimis & anomala formatio; cum tempora similia à similibus formari uno omnes ore clamitent.

Præ-

Præsens ab imperfecto manare? præposterum! Βοᾷ βοᾷν, simplicissima, penè nulla mutatio: ἐβόα βοᾶν, absona, multiplex & prodigiosa detorsio; non significatio, non accentus, non syllabarum numerus servatur, magno opere vexatur tota dictio, ut semiliterula tandem perimeretur.

Perimendi causam Etymologus adjecit; *verba*, inquiens, *τὸ ἀνεκφώνητον ante ν non admittere*: Quid illud ἀνεκφώνητον? vocalem obmutescere intelligit, ut quæ constituat diphthongum ἄφωνον; non (ut falsò interpretatur Urbanus pag. 212.) *quæ nullum edit sonum*; subscripta enim vocalis sonum addit, licet confusum, aut ex illâ non omninò fit diphthongus. At silens vel sonans quidni ante ν perinde atque alias consonas scribatur? nulla κακοφωνία impedit, ut in his, ᾠνοχόει, ἐπῄνουν, πέφηνα, μέμνηνα, &c. Si ν finale intelligat; in illis itaque apocopen passis πέφην', μέμην' num ι expungitur? Quinimò nec ι, in verbo magis quam nomine, auribus displicet Atticis; quorum genitivus dualis ὄφεων, ἔυγεων, quàm elegans, quàm frequens! & in linguâ communi, νῷν, σφῷν! Quid multa? Infinitivus in ῆν pro ῆν ι mutum ante ν retinet; ut ἐλθῆν: vide Lascarin p. 293. sic χαρῆν in Lexico Dorico Porti.

Subtiliùs conatur Urbanus obliterare hoc punctum; qui deductionem minùs spuriam, non magis tamen ferendam, ex præsenti commentus est (pag. 212. editionis Venet. 1557.) in fine enim præsentis—άει, solvit diphthongum ει. elidit, ι, relictas αε contrahit; ambagibus hisce usus, ut à communi opinione, & quasi à viâ regiâ solus vel cum paucis aberraret.

Pari circuitione infinitivis in οῦν thlipsin inducunt ante factam crasin: ubi tamen ου ex όει tam in verbis, quàm nominibus potest per crasin solam coalescere; ut μελιτόεις μελιτοῦς, χρυσόειν χρυσοῦν: in quibus necessariò excidit ι, nec subscribitur; quoniam ου non est è numero diphthongorum quæ punctum sibi subjiciunt (pag. 2.) vel quia υ pro ι sufficitur, & Æolicè redit; ut ὑψοῖς pro ὑψοῦν. Lascaris p. 259. lin. ult.

Urbani argutias paucis complexus est Scotus pag. 214. de veritate tamen earum incertus, nec sibi constans, adjungit *quosdam subscribere, quosdam non subscribere*, atque ita rem in medio relinquit. Aldus in tantum à mente Urbani dissentit, ut in editione ipsius (contra reg. p. 212.) apponat ι & paradigmati infinitivi pag. 380. & exemplo regulæ pag. 212.

Vetustiores siquis pergat objicere codices puncto carentes, Hesychium & Favorinum; optimos sanè authores hâc ex parte pessimè in exemplum adducit; qui, non minus in præsenti indicativi quam infinitivi, frequenter egent subscriptione; ut ἡβᾷ ἡβᾷν, ὀρᾷ ὀρᾷν, ὀργᾷ ὀργᾷν, ὁρμᾷ ὁρμᾷν, item ἐργᾷ pro ἐργάσῃ &c. Idem dicendum est de

Eusta-

Eustathio per Frobenium edito, in quo præsentis punctum desideratur sæpiùs quàm subjicitur; ut μενοινᾶς Od. ϐ'. v. 275. & v. 286. μενοινᾶ Od. ϐ'. v. 34. δαμνᾶ Il. ξ'. v. 199. ὁρᾶ Od. δ'. v. 833. & ξ'. v. 44. cum multis aliis. Deest nonnunquam in Didymo, ut δαμνᾶ Il. ξ'. v. 199. &c.

Hippocrates Venetiis excusus 1526. non in fine magis infinitivi quàm subjunctivi, atque etiam in dativis nominum destituitur punctis: iisdem orbati & mutili conspiciuntur alii antiquioribus typis exscripti: adeo ut non injuriâ liceat colligere, Græcis veteribus subnotationem hujus ι raram, quemadmodum Hebræis punctationem vocalium nullam fuisse in usu.

Litem nonnulli haud dissimilem movent de verbis 4æ. quæ habent penultimam αι, negantes subscribi ι sub η inde oriundo in perfecto vel Indef. 1mo. contra reg. pag. 43. l. 3.

Punctationem perfecti decernunt, Gaza (pag. 181. τὸ ᾗ παρακείμενον μέσον τρέπειν τὴν αι παραλήγουσαν εἰς η) Lascaris (pag. 292. τρέπεται τὸ α τῆς αι διφθόγγου εἰς η, καὶ τὸ ι ὑπογράφεται.) Diphthongum αι præsentis in impropriam ῃ indefiniti primi mutandam affirmant Scotus, Crusius, Rhenius, Moquotus, Gretzerus, penè universa Grammaticorum synodus, & Authorum praxis. Ramus & Sylburgius scribunt πέφηνα. & πέφηνα: adeóque mirandum est in tam claro sole cæcutiisse, alioqui perspicacissimum, Wintertonum.

Quinimò Indefiniti subnotationem æquè ac perfecti admittendam suadet analogia, cum sibi tam cognata sint & persimilia ἔφηνα, πέφηνα: Eámque ob causam non inscitè Wintertonus eodem utitur telo ad punctum in utroque tempore confodiendnm. Nam si duo hæc tempora referantur ad fontem unde proximè fluunt, penultima illius habet α simplicem, ex quâ facta η punctum in neutrò sub se reciperet: Sin in utriusq; formatione recurratur ad thema (quod in perfectò fieri debere modò ostensũ est,) penultima ejus αι in η versa sub utroq; pariter punctum ἀναλόγως expetit. vide p. 3. Quod rectè admonent Crusius p. 144. & Gualpterus p. 512. adhibendum in infinitivo *propter rudiores*; quibus consultum esse oportet, hâc quasi virgulâ indigitante radicem, à quâ multùm discessit. Stephanus per Thesaurum subscriptionem hanc quàm maximè observat; ut in his ἔξηρα, ἐμίηνα, ἐσήμηνα &c. quam retinet per omnes modos in Indefinitis verbi αἴρω; ut ἀπῆρα, ἆξαρον, διᾶραι, ἐπάρας, ἠρμένω, ἀνταρᾶσθαι &c. Passor (in Lexico N. T. ad verbum αἴρω) ut plurimùm dicit resumi ι in Indefinito primo, quæ in futuro primo abjicitur; *tenendum*, inquiens, *adesse*. Quid itaque Wintertonus punctum hoc tam rigidè proscribit? prolixe disse-

differens contra ἔμιννα (ad versum 62. Hesiod. Scut. Hercul.) quod non à Stephano tantum atque aliis, verùm ab ipsis Eustathio & Didymo (interdum alibi huic puncto minùs faventibus,) subnotatur. Quid in partes suas trahit congeriem Grammaticorum (ad versum 80. Hesiod. Εϱγ. l. 1.) hoc tantum arguens, quod nemo sanus in dubium vocat, formari indefinitum à futuro; ubi intereà παϱαλογιζόμενος, id, quod probatione eget, tacitus præterit; nempe α vertendum in η, in perfecto vel indefinito, neutiquam respicere præsentis diphthongum: Quod si affirmare fuisset ausus de perfecto (& sanè indefiniti parem rationem ex ipsius argumentatione satis constat,) Gaza cum reliquis, quos advocat testes, adversis illum suffragiis obruissent.

Inveniri autem indefinitum verbi αἴϱω, cum α μονοφθόγγῳ, & quidem frequentiùs, fatetur Stephanus; ipse interim punctum subjungens. Quid enim? Si in unâ voce deliquerit vulgus scriptorum, ideóne sententiam mutaverit vir prudens? & in universum? Præterea α non notari dicit, ergo nec η? α Atticum pro η omnes μονοφθόγγως efferunt; ut ἔμιανα. Addit Passor sub α adesse & abesse ι more Hebraici *dagesch* quod ex literâ *schevatâ* sæpè solet excidere. Quòd siquis dixerit in grammaticis raram esse mentionem indefiniti subscripti, frequenter perfecti; responderi potest, cùm sit una utriusque ratio, canonem non esse iterandum, neque crambem bis ponendam discentibus. Verùm nec silentio eorum danda omnino erit venia, qui nec solùm in indefinitis hujusmodi, quorum numerus minor intra conjugationis 4æ. tribum unam concluditur, sed etiam in personis verborum omnium, quæ (juxta reg. p. 37. ad finem) exigunt ι subscriptum, vel parum admodùm vel prorsus nihil de puncti hujus adnotatione præcipiunt. Quorum tamen in gratiam, si permiserint adversarii, id dicendum cupimus, quòd idem illi rectiùs nobiscum judicaverint; & in subnotandis tam synalœphis, infinitivis in ᾷν, perfectis mediis, indefinitis primis, quàm personis cujuscunque modi vel temporis, ad generalem normam velut invariabilem cynosuram confugiendum censuerint, punctúmque ab illâ constanter dirigendum. Cui per omnia si religiosè adhæserint, non ampliùs typis erudiendi relinquentur elementarii, & sublestâ fide decipientur editionum, in quibus, ut ut summâ curâ & artificio splendissimè elaboratis, nunquam non inerunt sphalmata. In Bibliis enim Plantinianis legimus ἐϱγᾶ Gen. 4. 12. ἀκήσεν Gen. 4. 16. βοᾶ Gen. 4. 10. ἀγαπᾶ Proverb. 3. 12. ἀγαπᾶν & ἀγαπᾷν Marc. 12. v. 33. atque alia complura de quibus p. 281.

Hujus deniquc regulæ beneficio continget; ut sublatis hinc docentium altercationibus, inde discentium difficultatibus, quas leviusculi isti apices, tanquam vepreculæ creant in viâ, faciliores fuerint progressus, & compendiosius iter ad Athenas.

Figuræ

Figuræ Syntaxeos

Tres sunt: Enallage, Ellipsis, Pleonasmus.

Enallage

Est permutatio quævis dictionum in syntaxi.

1°. Numeri, Generis, vel utriusque: alio nomine dicta Synthesis vel potiùs Σύνθεσις, per quam dictiones sensu non voce congruunt; nempe subintelligitur ut plurimùm altera vox, quâcum fit concordantia.

Numeri: Nomen multitudinis singulare sæpe jungitur verbo plurali; nec non adjectivo vel relativo, generis quandoque diversi; ut ὁ λεὼς χαίρουσι Lucian. πᾶσα πόλις κεχηνότες ἀκούουσι Idem. Ἀνθρώπους πίνυσθον ὅπις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ Il. γʹ. Cum utroque simul numero interdum construitur; ut σωθήσεται γυνὴ ἐὰν μείνωσι 1 Timoth. 2. 15. ubi γυνὴ pro *sexu* ponitur.

Similiter partitivo singulari respondet relativum plurale; ut——ὅσις αὐτὸς ἢ φρονεῖν δοκεῖ ἢ γλῶσσαν ἣν οὐκ ἄλλος ἢ ψυχὴν ἔχειν, Οὗτοι διαπτυχθέντες ὤφθησαν κενοὶ Sophocl. δευτέραν ἐπιστολὴν, ἐν αἷς &c. 2 Pet. 3. 1. ἐν αἷς refertur ad πρώτην & δευτέραν.

Masculinum vel fœmininum plurale interdum verbo adjungitur singulari; ut ἐξεφύετο τοῖς μὲν αἱ τρίχες, τοῖς δὲ τὰ πτερά. Aristot. usitatiùs poetis; ut ἠχεῖται ὀμφαὶ Pindar. Verbum ἐστὶ sic usurpatur; ut οὐκ ἔστιν ὅτινες ἀπέχουσι Plato. Et ἦν itidem; ut οὐκ ἦν βοτάναι Jerem. c. 14. v. 5.

Dualia cum pluralibus cohærent apud poetas; ut χαμέτην δέ μοι ἵπποι Il. δʹ. v. 27. νῶϊ δὲ χαζώμεθα Il. εʹ. v. 34. ὀνόματα ὁμοίω Aristoph. Nebul. κόρακες κρώξαντε Aratus.

Generis; ut κλυτὸς Ἱπποδάμεια Il. βʹ. v. 743. ὀλοώτατος ὀδμὴ Od. δʹ. v. 442. γλύφουσι Πανὸς τὤγαλμα τραγοσκελέα. Herodot. l. 2. πλεῖον Σολομῶντος (pro πλείων) Matth. 12. v. 42. τέκνα μου οὓς ὠδίνω Galat. 4. v. 19.

Numeri & generis; ut τὼ χεῖρε ἃς ὁ θεὸς ἐποίησε Xenoph.——πόσιες δὲ παραυτίκα λύματ' ἔχευαν Φαρμακόεις &c. Nicand. in Alexiph. v. 292. & 293. pro φαρμακόεσσαι. πᾶσα Ἱεροσόλυμα Matth. 2. 3. (i.e.) πόλις.

2°. Casûs: Vocatur hæc Antiptosis, quâ casus pro casu ponitur; ut παρακαλῶ ὑμᾶς περιπατῆσαι—ἀνεχόμενοι pro ἀνεχομένους Ephes. 4. v. 1. 2. τοῖς Συρακοσίοις κατάπληξις οὐκ ὀλίγη ἐγένετο, ὁρῶντες

τες

τες τὴν τῶν Ἀθηναίων δύναμιν Thucyd: pro ὁρῶσι. οὐ προσηκτέον ἡμῖν ἐπὶ τοῖς τούτων λόγοις, εἰδότας ὅτι βλάπτουσι Dinarch. pro εἰδόσι. φημὶ γὰρ οὖν κατανεῦσαι ὑπερμενέα Κρονίωνα Ἀστράπτων ἐπιδέξι' Il. β'. v. 350. & 353. pro ἀστράπτοντα.

Nominativus non raro usurpatur pro vocativo præcipuè cum articulo; ut ἡ παῖς ἐγείρου Luc. 8. v. 54. (vide pag. 129. l. 37.) Vocativus poeticè pro nominativo; ut ἐπὶ θρόνον εὐρύοπα Ζεὺς Ἕζετο— Il. θ'. v. 442. ἠχέτα τέττιξ Hesiod. interdum pro accusativo, & genitivo; ut εὗρεν δ' εὐρύοπα Κρονίδην Il. ά. v. 498. ἠχέτα πόντου Orpheus πρότεροι πόδες ἱππότα θηρὸς Arat. (vide Eustath. ad versum 68. Od. γ'.)

Quinetiam casus verbo tribuuntur alii quàm sui; ut ἠξίωσαν τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων Ἐλθόντι δοῦναι—— Soph. pro Ἀχίλλεια ὅπλα δοῦναι.

Antecedens, quod esset alterius casûs, ponitur sæpe in casu sui relativi; ut οὐκ ἔστιν ἥντινα πώποτ' οὐκ ἦρξεν ἀρχὴν pro ἀρχή. sic περὶ τοῦ τέκνου ἐμοῦ, ὃν ἐγέννησα, Ὀνήσιμον Philem. v. 10. pro Ὀνήσιμος. Regitur aliquando à præpositione: ut ἄγοντες, παρ' ᾧ ξενισθῶμεν Μνάσωνι Act. 21. 16. pro Μνάσωνα. quandoque à relativo regitur in diverso numero: ut οὐκ ἔστιν ἥντινα πόλεων ἐλύπησε Isocrat. pro οὐκ ἔστι πόλις ἥντινα ἐλύπησε.

Sunt qui ellipsin potiùs notant in hâc constructione: deesse tamen id perperam dicitur quod sine pleonasmo addi vix potest: insolens enim, si non planè inaudita, hæc constructio: ἄγοντες Μνάσωνα παρ' ᾧ ξενισθῶμεν Μνάσωνι. οὐκ ἔστι πόλις, ἥντινα πόλεων ἐλύπησε.

Pro genitivo absolute posito usurpatur accusativus &c. (vide pag. 159.) Non raro & genitivus absolutè ponitur pro alio casu: ut ταῦτα ποιησάντων τῶν Σπαρτιητέων ἐπαύσαντο τῆς ναυμαχίης Herodot. l. 7. pro ποιήσαντες Σπαρτιῆται. προσέμιξαν τῷ τείχει τῶν πολεμίων λαθόντες τοὺς φύλακας ἀνὰ τὸ σκοτεινόν, οὐ προσιδόντων αὐτῶν Thucyd. pro προσιδόντας αὐτούς. —— σὲ δ' ἂν πολυεργὸς ἀροτρεὺς Βουκαῖός τ' ἀλέγοι —— Τοῖα παραφρασθέντος &c. Nicand. Theriac. v. 4. 5. 7. pro παραφρασθέντα.

Sæpissimè post infinitivum ponitur accusativus pro alio casu; ut Ἀβυδηνοῖσι προσετέτακτο φυλακὰς εἶναι τῶν Ἀθηναίων Herodot. l. 7. pro φύλαξι. ἐδόκει ἡμῖν ὑποθεμένους τὴν ναῦν ἀναβιβάσασθαι Lucian. ver. hist. l. 2. pro ὑποθεμένοις.

Interdum verbo duos casus regenti apponuntur simul utrique, neglectâ etiam ratione concordantiæ: ut ὅττι οἱ ὦκ' ἤκουσε μέγας θεὸς εὐξαμένοιο Il. π'. v. 531. pro εὐξαμένω. ἀκούω enim regit genitivum & dativum pag. 147. Interdum nomini: ut τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου 1 Cor. 16. 21. Huc refer. κατὰ τὸ εἰωθὸς τῷ Παύλῳ εἰσῆλθε Act. 17. 2. magis perspicuè ὁ Παῦλος.

Ad

Ad Enallagen casûs ſpectat ſubmutatio caſuum quæ dicitur Hypallage: ut ἀφαιρῶ σοῦ τοῦτο vel σὲ τοῦτο &c. vide. pag. 159.160. 161.

3°. Vocis ſeu ſignificationis: Activa quædam ſignificationem paſſivam vel neutram induunt: ἀναλαμβάνω, ἀναφέρω *reficior, revaleſco*, ἀπαλλάττω *liberor*, τελῶ *cenſeor*, μεταβάλλω *mutor*, ἀσκέω *exerceor* &c. ut ἀναλαμβάνων ἐκ τῆς νόσου Galen. ἐκ τῆς πληγῆς ἀναφέρων Plutarch. τὰ σύμμετρα τῶν σωμάτων ἀπαλλάττει ῥᾷον Ariſtot. Probl. εἰς ἄνδρας τελεῖν ἠρξάμην Lucian. μεταβάλλει χειμὼν εἰς εὐδίαν Menand. ἀσκεῖν ἐπὶ τοὺς ἀνταγωνιστὰς Iſocrat. quibus adde κατάπαυσι Jerem. 6. v. 25. &c. Subauditur in his ferè accuſativus nominis reciproci: ut ἀνέλαβεν ἑαυτὸν Demoſth.

Paſſiva quoquè & neutra interdum activam habent ſignificationem: ut σὺ ἀπεστράφης με Jerem c.15.v.6. βεβούλευται c.27.v.45. κοινωνοὺς πεποίηνται Demoſth. (vide pag. 53.) cum pluribus aliis utriuſque ſortis.

4°. Modi: Infinitivus ſæpiſſimè loco imperativi ponitur (vide pag. 178.) interdum Subjunctivus; ut τὸ τρίτον μέρος ἡ τριττὺς ἔχῃ Demoſth. de claſſibus. Item Optativus: ut εἰ μὴ φοβῇ ἀφίκοιο Æſchin. addito ut plurimum ἂν: ut αὐτὸς ἂν εἰδείης Lucian. Ganymed. & Jup. Futurum quoque Indicativi perfrequenter: ut —οὐ μὴν δυσμενὴς ἔσῃ φίλοις Παύσῃ δὲ θυμοῦ— Euripid. οὐ φονεύσεις. οὐ μοιχεύσεις &c. Legitur imperativus pro futuro indicativi: ut οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον ὦ γύναι Euripid. Iphigen. pro ὃ δράσεις.

5°. Temporis: Indefinita temporum omnium habent ſignificationes: ut ὡμοιώθη ἡ βασιλεία Matth. 17.23. i. e. ὁμοιοῦται &c. In indicativo tamen, ſæpius perfecti: In imperativo & infinitivo, præſentis: In optativo & ſubjunctivo, futuri.

Eſt ubi alia omnia tempora pro ſe invicem accipiuntur, præſertim in ſacris Bibliis.

Pro futuro, Præſens in his ubique: ἔδομαι, φάγομαι *edam*, πίομαι *bibam*, νέομαι, βέομαι *ibo*, ἐλῶ *impellam*, &c. vide anomalorum tabellam.

Imperfectum: ut N. ἀλλὰ σῶσαι δεήσει. Π. οὐκ ἐξῆν Lucian. Nereid. & Neptun.

In vaticiniis, ſæpiuſculè præſens, indefinitum vel præteritũ: ut ἐγείρομαι Mat.27.63. παιδίον ἐγεννήθη Iſ.9.5. συγκέχυται ἡ γῆ, καὶ ἔσται λαὸς ὡς κατακεκαυμένος Ib.v.19.

Pro indefinito vel præterito, quandoq; præſens: ut φαίνεται Matth. 2.13.

Pro præſenti, contrà præterita: ut ἔοικα, οἶδα Lucian. (vide p.53.)

Eſt & alia Enallage dicta Ἀντιμέρεια, quâ ponitur pars una pro parte orationis altera. Adjectivum pro adverbio, pag.125. Adverbium vel infinitivus

infinitivus pro nomine, pag. 128. Participium pro adverbio, Substantivo &c. pag. 181. &c.

Ellipsis.

Est defectus unius vel plurium dictionum in contextu:

1o. Nominis: In adjectivis vel articulis fœmininis certa quædam substantiva subintelligenda sunt, præcipue casûs obliqui.

Βυλή. ut μίαν βυλδύσομϑυ Il. β'. v. 379. i. e. βυλήν.

Γῆ. τὴν ξηρὰν Psalm. 95. 5. i. e. γῆν.

Γυνή. εἴγε συμβαίη γέρωντι νέαν ἔχειν Xen. i. e. γυναῖκα.

Γραμμὴ vel γωνία. πρὸς ὀρθὴν Euclid. i. e. γραμμὴν vel γωνίαν.

Δίκη. ἀξίαν ἀποτίνειν Lucian. i. e. δίκην: εὐθείας κρίνετε Psalm. 53. 1. i. e. δίκας.

Δορά. ὑπὸ τῇ λεοντῇ πίθηκος Adag. i. e. δορᾷ.

Ἡλικία. ἀρετὴν ἐκ νέας ἀσκεῖ Synes. ep. 68. i. e. ἡλικίας.

Ἡμέρα. τῇ ἐπιφωσκούσῃ Matth. 28. i. e. ἡμέρᾳ.

Θάλασσα. ἐφ᾽ ὑγρὴν Od. ά. v. 97. i. e. θάλασσαν.

Μερὶς vel μοῖρα. ἐρίζειν περὶ ἴσης Il. λ'. v. 423. i. e. μερίδος vel μοίρας.

Ναυμαχία. μίαν ναυμαχήσαντες Aristoph. i. e. ναυμαχίαν.

Ναῦς. τριήρης Thucyd. i. e. ναῦς.

Ὁδός. τὴν ἐπὶ θάνατον ἰέναι & ἑτέραν ἐκτρέποντι Lucian. i. e. ὁδόν.

Πληγή. δαρήσεται πολλάς, ὀλίγας Luc. 12. 47, 48. i. e. πληγάς.

Πνοή. οἱ Ἐτησίαι λεγόμενοι & αἱ ἐζωπῦαι γίνονται Aristot. i. e. πνοαί.

Τέχνη. ἡ ῥητορικὴ παραφυές τι τῆς διαλεκτικῆς Aristot. Rhetor. 1. i. e. τέχνη.

Φωνὴ vel γνώμη. ἤρξαντο ἀπὸ μιᾶς παραιτεῖσθαι Luc. 14. 18. i.e. φωνῆς vel γνώμης.

Χώρα. εἰς ὅλην περίχωρον Matth. 14, 35. κατ᾽ ἰδίαν Matth. 24. 3. i. e. χώραν.

Ψῆφος. τὴν λευκὴν δεῖ ἢ σώζουσαν φέρειν Lucian. Hermog. & τὴν ἀναιροῦσαν seu καθαιροῦσαν τιθέναι Dem. i. e. Ψῆφον.

Ὑπόνοια. διὰ κενῆς Psalm. i. e. ὑπονοίας.

Ὥρα. πρωΐας Matth 21. 18. & ὀψίας Matth. 27. 57. i. e. ὥρας.

In quibusdam neutris;

Διάστημα. πύργων ὄντων δι᾽ ὀλίγου Thucyd. lib. 3. i. e. διαστήματος.

Ἱμάτιον. οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες Matth. 11. 8. i. e. ἱμάτια.

Μέρος. ἄχει ἡμίσε⊕ ἐψηθὲν Dioscorid. i. e. μέρους.
'Ρῆμα vel ἔπος. δι' ὀλίγων ἔγραψα 1 Pet. 5. 12. i. e. ῥημάτων.
Τάγμα vel πλῆθος. πᾶν τὸ στρατιωτικὸν Herodian. l. 2. τὸ λῃστικὸν τῶν Πελοποννησίων Thucyd. l. 2. i. e. τάγμα &c.
"Υδωρ. ποτήειον ψυχρῦ Matth. 10.40. i.e. ὕδατ⊕.
In paucioribus masculinis ; ut
Πυρετός. τεταίους λύσ Dioscor. l. 2. i. e. πυρετοὺς.
"Υπν⊕. ὡς βαθὺ ἐκοιμήθης Lucian. i. e. ὕπνον.
Χρόν⊕. ἐκ πολλοῦ Plato. ἐκ πολλοῦ Thucyd. l. 5. δι' ὀλίγου Idem. l. 2. i. e. χρόνου.

Ponitur genitivus, omisso priore substantivo ; ut εἰς ᾅδου Act. 2.27. i. e. οἶκον. ἀγαθοῦ δαίμον⊕ ἐγχέαι Athen. i.e. κύλικα. εἴθε μοι τούτου γένοιτο i. e. κτῆσις vel χρῆσις.

Frequenter genitivus nominis proprii usurpatur, subaudito appellativo ; ut Δημοσθένης Δημοσθένους i.e. υἱὸς Demost. de cor. Μαρία Ἰακώβου i. e. μήτηρ Luc. 24. 10.

Usitatissime cum articulo nominis intellecti ; ut Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου Matth. 4.21. i.e. υἱόν· sic Τὴν αὐτοῦ φιλέει Il. ἰ. v. 342. i. e. γυναῖκα. Quandoque participium unà cum nomine subintelligitur ; ut Μαρία ἡ Ἰακώβου Matth. 27. 56. i. e. μήτηρ δοκοῦσα, ut rectè Theophylact. pag. 372. Subauditur & nomen partitivum ; ut τῶν παρόντων μήτε λέγε, μήτε ἐπαίνει Polyænet. i. e. τινά. τῶν τειχαλίων κατελέγην Lysias. i. e. εἷς vel τις. (sic ἐξ αὐτῶν ἀποκτενοῦσι Luc. 11. 49.)

Quinetiam alia permulta non invenustè supprimuntur ; ut ἐν γαστρὶ ἔχουσα Matth. 1.18. i.e. ἔμβρυον, &c.

Ellipsis verbi : De verbo substantivo dictum est pag. 124.

Ἔστι (*officium est*) quandoque reticetur ; ut τὴν πενίαν φέρειν οὐ παντὸς Sext. τῆς ἀρετῆς εὖ ποιεῖν Aristot.

In epistolarum inscriptionibus sæpè omittitur verbum εὔχομαι, aut aliud simile ; ut Ἰσοκράτης τῷ Ἀλεξάνδρῳ χαίρειν Isocrat. Παῦλ⊕ κλητὸς ἀπόστολος &c. τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ &c. 1 Corinth. 1.1,2.

Ellipsis Adverbii : ἕνεκα passim, idque eleganter pag. 138. &c.

Ὦ itidem ante vocativum ; ut Ἄνδρες Ἀθηναῖοι Demosth. sic ἄνδρες ἀδελφοὶ Act. 13. 26.

Φεῦ ante genitivum ; ut τῆς ἀναιδείας.

Ellipsis Conjunctionis : Copulativæ defectus vocatur Asyndeton ; ut ἦλθον, εἶδον, ἐνίκησα Plutarch.

Ὡς

'Ὡς ante infinitivum; ut ἐνὶ λόγῳ εἰπεῖν Lucian. vide p. 178. l. 10.
"Ινα ante subjunctivum; ut ἄφες ἐκβάλλω τὸ κάρφος Math. 7. 4. Similiter μῶν; ut εἴπῃ, ὁρῶμαι μόνον Lucian.

Ellipsis Præpositionis: Usitatissimè κατὰ, διὰ, vide pag. 138. 143. 157. &c.

Præpositiones sæpè subaudiuntur ante casus quos regunt: ut ποῖε κέκραγας ἀνδρὸς Steph. i.e. περί. πεφύλαξο Παντοίων ἀνέμων Arat. i.e. ἀπό. κυφίσαι ἑαυτὸν τῶ σκίμποδος Herodian. i.e. ἐπί.

Ellipsis plurium dictionum: Frequens est Ellipsis in Adagiis, Apophthegmatis, Dialogis præsertim scenicis; ut ἢ τὰν ἢ ἐπὶ τᾶς Plutarch. In abruptis itidem locutionibus, quæ vehementiorem animi motum & pathos exprimunt, usitatissima est Ellipsis, dicta Aposiopesis: ut καὶ σὺ τέκνον, Plutarch.

Pleonasmus

Est excessus unius vel plurium dictionum.

"Ατ]α post certas voces redundat: ut ποῖ' ἄτ]α, πόλλ' ἄτ]α, ὀλίγ' ἄτ]α, πηλίκ' ἄτ]α.

'Αυτὸς passim in N. T. ut καταβάντι αὐτῷ ἀπὸ τῦ ὄρυς, ἠκολέθησαν αὐτῷ Matth. 8. 1. Eleganter πᾶς τις, πᾶς ὅσος Lucian.

Infinitivi nonnulli, φάναι, εἰπεῖν, εἶναι &c. ut ἔφη εἰπεῖν Xenoph. ἑκὼν εἶναι Bud. Additur verbis infinitivus cognatæ significationis; ut βῆ δ' ἰμθν Il. ἑ. v. 167. Quædam & participia; ut ἔφη λέγων Herodot. l. 5. vide φὺν [pag. 164.] "Εχων & φέρων alicubi; ut παίζεις ἔχων Lucian. φλυαρεῖς ἔχων Plato. ἐνέβαλεν ἑαυτὸν φέρων Æschin.

Porrò dictiones cujuscunque generis in oratione πλεονάζυσι; ut ἐν δὲ καὶ ἐν Μέμφι &c. Herodot. l. 2. "Αγριον ἄγριον ἕλκος Bion. Id. 1.

Pleonasmi species est Periphrasis.

Χρῆμα cum genitivo nominis usurpatur pro ipso nomine; ut ἐξαίρετον χρῆμα τῦ νεανίυ *eximius juvenis*, & τὸ χρῆμα τῶν κόπων ὅσον *quanti labores* Aristoph. μέγα χρῆμα συὸς *magnus aper* Herodot. Similiter παῖδες vel υἷες; ut ἰατρῶν παῖδες pro ἰατροὶ υἷες 'Αχαιῶν pro 'Αχαιοὶ Il. ά. v. 162.

Apud poetas nomen qualitatis cum genitivo personæ, ipsam personam circumloquitur; ut ἲς Τηλεμάχοιο Od. π'. v. 476. interdum cum adjectivo Proprio; ut βίη 'Ηρακληείη Il. λ'. v. 689. item ἲς βίης 'Ηρακληείης Hesiod.

Multa verba auxiliaria cum infinitivis vel participiis ponuntur pro verbis finitis; ut ἔοικα γελάσεσθαι pro γελάσομαι Lucian. ἦλθον

ἀπολέοντο pro ἀπώλοντο Diodor. ἦλθον ἀναιρεθῆναι i. e. ἀνῃρέθησαν Plutarch.

Pro verbo passivè vel neutraliter significante adhibetur adjectivum ejusdem, cum verbo substantivo; ut διάφορος ἐγένομην pro διέφερον Isocrat.

Accedit figuris hisce Syntaxeos figura Dispositionis, Hyperbaton sive Ἀνακόλουθον.

Ἀνακόλουθον est figura, per quam perturbatur ordo vocum in oratione; utpote situ non communi & debito dispositarum; ut καὶ ὑμᾶς ὄντας νεκροὺς —— καὶ ὄντας ὑμᾶς νεκροὺς συνεζωποίησε Eph. 2. v. 1. & 5.

Figuræ Prosodiæ

Aliæ sunt *Dictionis*: aliæ *Carminis*: utriusque generis usus præcipuus est in poesi.

Figuræ Dictionis; Synecphonesis, Diæresis, Tmesis, Systole, Diastole, Cæsura.

Synecphonesis

Quæ & Synæresis dicitur, vocalem brevem ante aliam, plerumque longam, in carminis dimensione collidit; ut Χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ —— Il. α. v. 374. Θεοῖσιν ἐπιδεξάμενος —— Pythagor. v. 49. Καί σφέας φωνήσας —— Il. δ', v. 284.

Syllabæ breves ita contractæ pro longâ habentur; ut ὀλέσῃ δὲ πολέας ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν Il. β'. v. 4. (vide Il. π' v. 527.) Τοῖς δ' ἦν χάλκεα μὲν τεύχεα, χάλκεοι δέ τε οἶκοι Hesiod. Ἔργ. l. 1. v. 149. Pro brevi rarius; ut Ὄρσεο πέπον —— Il. ε. v. 109.

Interdum longa ante brevem colliditur; ut Ῥεῖα μάλα γὰρ φθέγξεν —— Il. ρ'. v. 461. sic Hesiod. Ἐργ. v. 5. Longa etiam ante longam, & in diversis dictionibus; ut Ἢ εἰσῄκεν ἀμφὶ πύλῃσι —— Il. ε. v. 466. sæpissimè ἢ ante οὐ; ut Ἢ οὐχ ἅλις ὅττι γυναῖκας —— Il. ε. v. 349. Ἢ λάθετ' ἢ οὐκ ἐνόησε —— Il. ι. v. 533. Ἢ οὐ μέμνασ' ὅτ' ἐγὼν —— Theocrit. Id. 5. v. 116.

Diæresis

Diphthongum distrahit in suas vocales, aut longam in suas breves dissolvit; ut Ἕκτωρ δὲ Πριάμοιο πάϊς —— Il. γ'. v. 314. υἱὸν ἐλύσαο —— Il. ω'. v. 685.

Tmesis

Membra vocis compositæ disterminat, interventu unius vel plurium dictionum; ut —— κατὰ γαῖα κάλυψε Il. ξ'. v. 114.

Systole

Syllabam longam corripit; ut —— λελόγχασιν ἶσα θεοῖσι Od. λ'. v. 303.

303.——ἀλλὰ ϐέλεαι Od. π'. v. 387.——δέκα δῶρα δώσω καὶ εἴκοσι Epigram. l. 7.

Breviatur interdum αι finalis ante consonam; ut εἰ δέκεν οἴκαδ' ἵκωμαι φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν Il. ί. v. 414.

Item vocalis ante σ & alteram consonam; ut Ὤκυμον, ἡδύοσμον.——Ammian. ep. 17. αι terminatio pluralis 1æ. & 2æ. simplicium; ut——μετὰ τροπὰς ἠελίοιο Hesiod.

Diastole sive Ectasis

Brevem producit; ut Διὰ μὲν ἄρ ζωστῆρος——Il. δ'. v. 135. Ἐς λίμνην αὐτοῦ σὺν ἔντεσι——Hom. Batrachom. v. 156. Ἄασα σὺ μὴ δείδιθι——Nicand. Alexiph. v. 443.

Frequentiùs extenditur brevis: 1°. ante liquidam; ut——μέλος ἀείδω Hom. hymn. in Mercur. v. 499. Πολλὰ λισσομένη——Il. έ. v. 358. 2°. ante aspiratam; ut——ἴδον αἰόλον ὄφιν Il. μ'. v. 208. plerumque vocalem aspiratam; ut Τοῖον οἱ πῦρ δαῖεν——Il. έ. v. 7. Ἡ δ' ἀνδρὶ ἰκέλη——Il. δ'. v. 86.

Non rarò voces monosyllabæ præsertim ante liquidam extenduntur; ut——διὰ δὲ μέγα πάγος ἄραξα Hesiod. Scut. Hercul. v. 364.

Cæsura

Extendit syllabam brevem in fine dictionis & initio pedis; ut Οἱ δὲ μέγα ἰάχοντες——Il. ξ'. v. 421. Στεῦται γάρ τι ἔπος ἐρέειν——Il. γ'. v. 83. ἀμφηρεφέα τε φαρέτρην Il. ά. v. 45.

Plures simul figuræ interdum congeruntur; ut——ὥς με μάλα ῥεῖα Νικήσει——Il. ύ. v. 102. Cæsura & Synecphonesis, &c.

Figuras has omnes comprehendit & supergreditur

Licentia Poetica.

Nullis enim legibus constricti poetæ, longas corripiunt, breves producunt, ancipites in eâdem dictione, in eodem versu & producunt & corripiunt: Et, sive metri cogantur necessitate; sive numerorum varietati, elegantiæ, symphoniæ studeant; sive etiam furori suo & αὐθαδίᾳ obsequuntur; cunctis superiorem regulis sibi vendicant licentiam: cujus exempla permulta in poematis abundant: paucula hic indigitantur.——τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται Theocrit. Id. 6. v. 19. Ἐπειδὴ νῆες τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκοντο Il. ψ'. v. 2.——ἢ γὰρ ὅγ' ὀλοιῇσι φρεσὶ θύει Il. ά. v. 342. Οὐράνιον προκάλυμμα βάλλεις——Orph. Hymn. 18. v. 17. Εἰς ἔργον ὀτρύνουσα θεῆς——Quint Smyrn. lib. ιβ'. v. 109. Τιμὰς τὰς ξαμένη παρ' αὐτῆς.——Orph. hymn. in Semelen. v. 6. Βαπτίζεται δ' ὕπνῳ γείτονι τοῦ θανάτου Steph. Paral. p. 58. ex Epigram. Φέρβε βόας, φέρβε μᾶλα, φέρβε στάχυν, οἶσε θερισμὸν Callimach. hymno in Cererem v. 136.

Cæterùm monendi sunt lectores, ne errata editionum pro licentiâ deputent poeticâ: ubi enim alii codices habent——αὐτοῦ δ' ἐλάεια ——Il.

——Il. ά. v. 4.——rectiùs legendum ſuggerit Stephanus.——αὐτοῦ ᾗ ἑλώεια, ſic——τῇ δ᾽ ἄνακτα——Il. ζ΄. v. 176. Froben.——τῇ ᾗ ἄνακτα Steph.

Plura in hanc rem diſſerit Stephanus in Scholiis ad carmen Heſiodi 268. Ξωὶ ᾗ ἐγὼ——p. 29. & in Paralip. p. 90.

Figuræ carminis: Ἀντιποδία, Brachycatalexis, Hypercatalexis, ſive Hypermetrum, Dialyſis.

Ἀντιποδία

Eſt quâ pes pro pede ponitur; ídque multifariám.

1°. Spondæus in quinto loco hexametri conſtituitur; ut Ἀμφότερον, βασιλεύς τ᾽ ἀγαθός, κρατερός τ᾽ αἰχμητής. Il. γ΄. v. 179. cujuſmodi verſus ſpondaicus vocatur.

2°. Anapæſtus, initio plerumque hexametri; ut Βορέης καὶ Ζέφυρος τώ τε Θρήκηθεν ἄητον Il. ί. v. 5.

3°. Iambus in hexametro; ut Ὃς ᾔδη τά τ᾽ ἐόντα——Il. ά. v. 70.

4°. Amphibrachius; ut Ἕως ὃ ταῦθ᾽ ὥρμαινε κατὰ φρένα——Il. ά. v. 193.

5°. Pes proceleuſmaticus, ſive τετράβραχυς; ut πρέσβ δ᾽ Ἀΐδης ἐνέροισι Heſiod. Theogn. v. 850.

Brachycatalexis ſive Acatalexis

Eſt, quâ ſyllaba vel pes finalis deſideratur; ut ἐν ἁμέρᾳ φαεινὸν ἄστρον Pindar. Ζεῦ τεαὶ γὰρ ὧραι Idem.

Hypercatalexis ſive Hypermetrum

Eſt, quâ ſyllaba præter juſtam metri diſpoſitionem ſuperabundat: ut Ἄνθεσι πορφυρέοισι λύκοισιν ἀγασχαίοιο χαλινοῦ Tryphidior. v. 95. niſi quis hic malit duplicem fingere ſynecphoneſin, & ſyllabas colliſas breviare.

Dialyſis

Eſt, quâ dictio in fine poſita ita diſtrahitur, ut una pars in præcedente ſit verſu, altera in principio ſequentis; ut Πυκνὰ δινεῦντες ἀπ᾽ ὠράνω αἰθέ——

——ρος διὰ μέσσω Sapph. ode. 1a.